Jn tercio vero caſu cuꝫ ſumus in dubio tenerẽ ad huc iſtã glo.qꝛ in dubio ꝓbende pſumunꝫ inſtitute ex bonis cõibꝰ eccleſie vt in.§.fi.xij.q.i.et ꝓ hoc mẽbro ꝛ ꝓmo adde quod nõ.Jnno.i.c.dilecti.de ma.ꝛ obe. vbi nota.dicit ꝙ dignitas et iura eccleſie poſſidenꝫ pa riter ꝑ ep̃m et capitulũ ar.in.c.cum clerici.ĩ.ꝺ ỽ.ſig. Jdem qꝺ.s.puto in ꝓuiſione dignitatum ipiꝰ eccleſie cathedralis eiſdẽ rõnibus lꝫ doct.hic nihil dicant cir ca ꝓuiſionẽ ipaꝝ dignitatũ. Jn tercio mẽbro.ſ.cir ca ꝓuiſionem inferioris bñficij ipius eccleſie cathedra lis puto ꝙ ſolus ep̃s poſſit illa ꝯferre etiam ſine ꝯſen ſu vel cõſilio capl̃i qꝛ iſta minora explicat ep̃us ex ſuo officio gnali qꝺ videtur voluiſſe Jnn.i.d.c.nouit ſeu i.c.quãto.eo.ti.de his q̃ fi.a pla.et facit qꝺ ipe Jnn. nõ.in.c.fi.de maio.et obe.vbi dicit generaliter ꝙ iſta minora explicat rector cuiuſcunqꝫ vniuerſitatis ex ſuo officio ſine ipa vniuerſitate. Quo ad ſcd̃m caſum.ſ.cũ q̃ritur de ꝓuiſione bñficioꝝ ſeu ꝓbendaꝝ eccleſie colle giate inferioris Jo.cal.tenuit hic ꝙ p̃latus ꝛ capitulũ illius eccleſie irrequiſito ep̃o ꝓuidebũt ſicut peragunt alia ipius eccleſie negocia nec eſt tanta cõio iter ep̃m et eccleſiã inferiorẽ ſibi ſubiectaꝫ quãta inter ep̃m et ec cleſiam ſuaꝫ cathedralem vt in.c.requiſiti.ĩ.de teſta. merito aliud dicendum in ꝓbẽdis eccleſie cathedralis q̃ꝫ in ꝓbendis eccleſie inferioris Jtem facit qꝛ ꝓbende pſumuntur inſtitute ex bonis illius eccleſie inferioris ꝓuideat ergo p̃latus et capitulum illius eccleſie ſicut

alioꝝ bonoꝝ habent adminiſtratõnem et hec fuit opi. ꝓncipaliter hoſti.in.c.ij.de inſti.do.de rota.in dicta deci.clx.fuerunt varij nam q̃dam tenuerunt ꝙ pſenta tio ꝑtinet ad prelatum et capitulũ illius eccleſie inferi oris.inſtitutio vero ad ipm ep̃m loci ħ Collector deci ſionum tenet precedentem opi.vt pertineat ꝓuiſio ad prelatũ ꝛ capitulum illiꝰ eccleſie Jo.de lig.hic tenuit opi.ꝑcedentem v; pñtatio ꝑtineat ad eccleſiã inferiorẽ et inſtitutio ad ep̃m et hanc ſecutus fuit fredꝺ.de ſenis ꝯſi.xxiij.vbi plenius videas ꝛ mihi placet hec vltima opinio qꝛ iura generaliter dicunt ꝙ inſtitutio benefici orum ꝑtinet ad ep̃m et ꝙ ipe habet ꝓuidere de preben dis et alijs bñficijs ad hoc ho.tex.in.c.nullus.xiij.q vij.et in dicto.c.cuꝫ ex iniuncto.optime facit.xvi.q.v in.c.i.vbi non ꝓbatur ꝙ etiã ſi alienus ep̃s capellã cõ ſtruat in aliena dioceſi reſeruatur ſibi dũtaxat pſentatio ſicut cuicunqꝫ pronoꝓuato Jnſtitutio vero ꝛ alia iura ſpalia reſeruanꝫ ep̃o loci ergo pſuppoſito ꝙ ex bonis eccleſie inferioris fuiſſent inſtitute prebẽde exquo ſunt tñ bona redacta ad ſpũalia beneficia dꝫ inſtitutio ꝑti nere ad ep̃m.ħ vbi ꝓbende nõ eſſent annexe canonica tibus ħ ꝯſiſterent i mera tpalitate tunc tenerem opi.cõ trariã vt inſtitutio canonicoꝝ ꝑtineret ad ep̃m ꝛ pſen tatio ad eccleſiã inferiorem Tercio ꝛ vltimo cãu cũ queriꝫ de beneficijs ſonantibus in nomen rectorie.di co ꝙ de iure cõi collatio ſeu inſtitutio ꝑtinet ad ſolum ep̃m et in maioribus bñficijs ꝓuidebit cũ cõſilio capi tuli ſui i mioribus ſine conſilio vt le.et nota.i.d.c.no uit.et.c.quãto.et ſi bñficia iſta hñt patronum fiet pſen tatio ꝑ eum ipi ep̃o vt in.d.c.nobis. Aduerte tamẽ qꝛ qñqꝫ bñficiũ ſeu capella eſt fundata i ipa eccleſia infe riori et tunc puto ꝙ rõne fundi rector ipius eccleſie ha bebit pñtare vna cum patrono nã rõne fundi acquiriꝫ ius patronatus vt in.d.c.nobis.et plene ꝑ glo.xvi.q vij.in.c.pia mente.et vide qꝺ nõ.glo.lxxxiij.di.in.c. i.et tetigi in.c.ad audientiam.el.i.de ecc.edi.vbi vide Si autem capella ẽ edificata extra eccleſiaꝫ i ꝑrochia tñ alicuiꝰ eccleſie.et tunc diſtingue ꝙ aut eccleſia pro chialis ꝯtribuit i dote et habet preſentationem vna cũ prono vt eſt tex.in.d.c.ad audiẽtiaꝫ. Aut nihil tribuit et tunc non poteſt pretendere etiam pñtationem vt ꝓ batur a ꝯtrario in.d.c.ad audientiam.ſed hoc caſu p ſentatio ꝑtinet ad pronum ſi ſupeſt. Si autem non cõ ſtat de patrono dixerunt quidaꝫ ꝙ pñtatio ꝑtinet ad ꝑrochianos.ſꝫ tu tene ꝙ libera collatio pertinebat ad ep̃m et idem dicendum de ipſa eccleſia ꝑrochiali ſi nõ conſtat habere patronum vt nota.voluit Jnno.in.c. cum venerabilis.in fi.de excepti.et Jo.an.in.c.vnico de capel.mo.li.vi. An autem parrochiani pſuman tur patroni ſi ſunt in poſſeſſione preſentandi ꝛ non cõ ſtat de alio patrono vide quod notat Joh.an.in di cta regula quod alicui gratioſe.et facit ad materiã.c.i.

de reli. do. Adde tamen ad pͤdicta glo. ſing. in. c. eam
te. de eta. et quali. que dicit ꝙ ſi eccleſia parrochialis
edificat in fundo ſuo aliam eccleſiam poterit ibi pone
re vicarium ⁊ platus maioris eccleſie erit platꝰ vtriuſ-
qꝫ. ſ; illam glo. intelligerem qñ eccleſia pꝛochialis edi
ficauit ſibi capellam vicinam quaſi in adiutoꝛium ſui
non aũt vt eſſet beneficiũ p ſe ſtans nam tunc de neceſ
ſitate habebit ibi pͥſentare rectoꝛẽ ppetuum. qð ſenſit
ibi Inn. ſicut ſeruat̃ in quolibꝫ rectoꝛe. pͤdicta ꝓcedũt
in inſtõne bñficioꝛum ſecularium Quid aũt in reforma
tione eccleſiaꝝ regularium ad quam ptinet creatio vide
glo. ſing. in. c. ſi. de reg. li. vi. que dicit ꝙ ad abbatem
⁊ ꝯuentum ſimul niſi aliud habeat ꝯſuetudo fundat̃
p. c. ea noſcitur de his q̃ ſi. a prela. q quidẽ tex. pfecto
nõ ꝓbat illam opi. nec aliquo iure ꝓbatur. vnde potiꝰ
credo ꝙ ptineat ad abbatem p. c. nullam. xviij. q. ij. ⁊
vide qð dixi latiꝰ in. d. c. ea noſcit̃ Quid aũt ſi eẽnt
moꝛtui omnes de eccleſia collegiata dic ꝙ ſupioꝛ ime
diatꝰ ꝓuidebit de plato vt nõ. Compoſ. in. c. ne pro de
fectu. ̄j. eo. ⁊ ſequitur fre. de ſenis dicto cõſi. xxxiij. facit
quod nota. glo. xviij. q. ij. c. i. hec omnia ꝓcedunt niſi
cõtrarium habeat ꝯſuetudo q̃ in ꝓuiſione bñficioꝛum
pͥfertur iuri cõmuni vt h̓ et in. c. ſi. de inſti. ⁊ in. d. c. ea
noſcit̃. et in. c. abbate ſane. de v̓. ſig. In glo. in v̓.
iniuriam. ibi et ſi noceat alij nota bñ hanc glo. iuncto
tex. ꝙ nõ dicitur qs facere iniuriam vtendo iure ſuo lꝫ
ex tali vſu alteri puta vicino noceat vel ꝯſueta ꝯmoda
auferat exquo non facit aio iniuriandi nam tũc poſſet
ꝯueniri actione iniuriaꝝ vt in. l. ſi. ff. de iniur. pone ex-
emplum ſi habens ptem domus inferioꝛẽ facit ignẽ ꝓ
vſu ſuo nam licet fumus aſcendendo intret feneſtram
ptis ſuperioꝛis ita vt noceat dño illius partis ſuperio
ris nõ poteſt per hoc ꝯtra euꝫ agi exquo non facit aio
iniuriãdi. vel qñ diſponeret circa rem vicini de quo di
cendum vt nota. pͥſertim p dy. in. l. fluminũ. ff. de dã.
infect. et in. l. i. §. deniqꝫ. ff. de aqua plu. ar. vbi bonꝰ
tex. et facit quod in ſimili nõ. Inn. in. c. ſi. de reſti. ſpo.
vbi dicit ꝙ cũ emulatione et iniuria alterius nõ lꝫ no-
ua caſtra facere nec vetera incaſtellare q̃ non ꝓbantur
prius fuiſſe habita qð nõ. In gl. añpe. ibi cõiter re
ferũt nõ glo. ꝙ qñ duo ꝓbant exercuiſſe actum inſoli-
dum ⁊ ꝓbationes ſunt equales ſi actus ille ptinebat
ad vtrũqꝫ dꝫ p vtroqꝫ ſniari vt in illum actum exerce
ant cõmuniter quia in dubio debet probatio interpre
tari vt conuenit nature negocij de quo agitur. iiij. q. iij
ſi teſtes. nota. Inno. in. c. auditis. de preſcript. ⁊ vide
quod dixi poſt glo. in. c. licꝫ. de proba. Sed circa
hoc querit̃ pͥſuppoſito ꝙ creatio canonicoꝛum ſpectet
ad ep̄m et capl̄m ſimul qd ſi ep̄s ꝯſentiat in vnũ ⁊ capi
tulum in aliũ q̃s illoꝛũ ſit pͥferendus Jo. an. remittit
ad nota. in. c. poſtulaſti. de ꝯceſ. preben. tu vero dic ꝙ
neuter eſt admittendus cũ nemo ꝯſenſum habeat epi
et capli. ad hoc enĩ vt teneat creatio ſeu receptio opꝫ
ꝙ concurrat ꝯſenſus epi et capituli ſeu maioꝛis partis
ipius. de quo vide tex. iuncta glo. in. c. vnico. ne ſe. va.
li. vi. et qð dixi in. d. c. poſtulaſti. et ſi nõ ꝯueniũt intra
tps pͥfixum ad ꝓuidendum de quo in. c. ij. de conceſ.
pͥben. fiet deuolutio ad ſuperioꝛẽ p illoꝝ negligentiam
cũ veꝝ ſit dicere eos non ꝓuidiſſe tpe debito vt i. d. c.
ij. et. d. c. poſtulaſti In glo. pe. ibi agebatur petito
rio. ſentit glo. ⁊ bene ꝙ in pͥmo arti. libelli agebat̃ poſ
ſeſſoꝛio. ſ. retinende ne capitulũ impediret ep̄m in poſ
ſeſſione ſua et p hoc tacite petebat vt canonici p eũ in
ſtituti deberẽt admitti i eccleſia tanq̃ canonici. n3 ad
validitatẽ inſtõnis facte ſufficit ꝙ inſtituens erat i poſ
ſeſſione tpe inſtõnis vt in. c. querelaꝫ. e. eo. et in. c. cũ
olim. de cã poſ. ⁊ ꝓprie In ſcðo articulo agebatur
petitoꝛio puta ꝯfeſſoꝛia actione qꝛ dicebat ep̄s ꝙ de iu
re ptinebat ad eũ ptãs recipiendi canonicos et ſic pe
tebat ꝓ eo ꝓnunciari ſ; ex defectu ꝓbatõis ⁊ qꝛ capitu
lum melius ꝓbauit de iure ſuo ſuccubuit ep̄us in vtro
qꝫ articulo. Abbas

# Um dilectus.

Cõpꝛomittentes
tenet̃ recipere ele
ctũ a ꝯpꝛomiſſarijs ſi ſit dignꝰ niſi ꝯtra foꝛ-
mam ꝯpꝛomiſſi eũ appareat electũ ⁊ tres ſunt partes.
In pͥma ponit̃ allegatio ꝓ electo In ſcða ibi veꝝ alle
gatio ꝯtra electũ. In tercia ibi nos vero diffinitõis
ꝯmiſſio. Nõ pͥmo ꝙ põt ptãs eligendi ſimpliciter
in tres p capitulũ ꝯpꝛomitti ſ; eſt dubiũ nũqd h̓ caſu
valeat electio facta a maioꝛi pte qdam dixerunt ꝙ non
ſ; opoꝛtet ꝙ oẽs ꝯueniant exquo ꝯpꝛomiſſum fuit ſim
pliciter factũ ad inſtar pluriũ ꝓcuratoꝝ datoꝝ ſimpli
citer nõ inſolidum habent enim iſti oẽs ſimul ptãtem
ita ꝙ nõ valet quicqd agunt niſi omnes ꝯſentiãt. ad h̓
l. pluribus. ff. de ꝓcu. et. c. ſi duo. eo. ti. li. vi. ſ; Cõpoſ.
cuius dictũ vidꝛ placere doct. ſe. tꝫ ꝯtrarium quod va
let electio facta a maioꝛi pte cõpꝛomiſſarioꝝ ad inſtar
arbitroꝝ vt in. l. ſi i tres. ff. de arbi. ⁊ in. c. ſi. ̄j. de electio
ni. et hoc dictũ mihi placet nam ſicut in iudicibus va
let quod fit a maioꝛi parte alijs pͥſentibus et contradi
centibus vt in. d. c. ſi. ita debet valere quod fit a maio-
ri parte iſtoꝛum compꝛomiſſarioꝛum. Et ex hoc dicto
nota ꝙ cum aliqui eligantur ſimpliciter ad aliquod of
ficium exercendum tꝫ qcquid facit maioꝛ pars mino
ri parte preſente et contradicente quod tene menti.
Nota ſcðo qð metropolitanꝰ hꝫ a iure poteſtatem
exaĩandi ⁊ ꝯfirmandi electõem ſuffraganei ſui. ad idẽ
c. nihil. ̄j. eo. Nota tercio qð ptãs eligendi poteſt
conferri in compꝛomiſſarios cum reſtrictione vt illum
teneantur eligere in quem ꝯſenſerint omnes de capitu
lo vel maioꝛ pars contra quod videtur obſtare. c. cum
terra. e. eo. nam ſublata eſt libertas eligẽdi quod eſſe
non dꝫ vt ibi. ſed reſponde quod illud ꝓcedit in ipſis

electribus qui habẽt electõnem iure ꝓprio quorum li
bertas nõ dꝫ ita reſtringi qꝛ nõ dꝛ electio vbi admittit
libertas eligendi vt in.c.vbi periculum.§.ceterꝫ.ꝟ.eo.
li.vi. Iſtud vero.c.procedit in ipis ꝯpromiſſarijs qꝛ
ptãs põt reſtringi.ſunt enim iſti hoc caſu quaſi mini
ſtri ipſoꝝ canonicoꝝ eligentium.et nõ hoc dictum pro
limitatione illius.c.cũ terra. Item nõ ꝙ teſtes ſin
gulares non ꝓbant.ꝯcoꝛ.c.cãm.ꝟ.de teſti.ꝛ quotidie
ad hoc ſolet allegari iſte tex.quod tñ limita,put nota.
glo.ſing.in.l.ob carmẽ.ff.de teſti.et per ang.ð peru.
i diſputatione que incipit aſtenſis miles.et facit quod
nota.glo.ix.q.iij.in.c.nihilominus.et.c.teſtes.ꝛ per
Inn.et Io.an.in.c.qualiter ꝛ qñ.el.ij.ð accu. Itẽ
nõ et tene menti ſemp tex.qꝛ alibi non ita bñ ꝓbatur
ꝙ ſnia lata in cã beneficiali trãſit i rem iudicatam per
lapſum decennij reſpectu.ſ.ꝯtradictoris ꝟ nõ in fauo
rem bñficiati quominꝰ ſaltim iudex ex officio ſuo poſ
ſit inquirere de titulo legitimo ad qð vide glo. nota.ꝛ
qð ibi dixi in.c.i.de ꝯceſ.pbẽ. Sꝫ ꝯtra h vltimũ
opponit de.c.tenoꝛ.et.c.latoꝛ.et.c.ꝯſanguinei.ꝟ.de re
iudi.vbi patꝫ ꝙ in cã matrimoniali ſnia non tranſit in
rem iudicatã.ergo nec in matrimonio ſpũali cum iſta
iudicent a pari vt in.c.ij.de tranſla.pla. So.cõtrariũ
vidꝛ difficile ꝛ ſoluit hoſti.ꝙ ꝯtra legem diuinam ſnia
non tranſit in rem iudicatam ut in cõtrarijs.ꝟ ꝯtra le
gem canonicaꝫ papa aliqñ ſtatuit vt nõ tranſeat ſicut
cũ fertur ſnia ſup matrimonio i gradibꝰ humana lege
ꝓhibitis vt in cõtrarijs.aliqñ ſtatuit vt trãſeat vt hic.
naꝫ papa põt ſupra ius diſponere vt in.c.ꝓpoſuit.de
ꝯceſ.pbẽ.et cũ hac ſolutõe trãſeũt hic ꝯmuniter doc.
q̃ quidem ſolutio michi non videt pfecta qꝛ papa non
debet diſponere diuerſa ſine caſa'nã diſpõ capituloꝝ ꝑ
ꝯtrarijs allegatoꝝ eſt fundata ſuper peccato vt nõ.gl.
in.d.c.latoꝛ.vñ.vbicunqꝫ iminet peccatum in obſerua
tõe ſnie iniuſte non tranſit ſnia i rem iudicatã vt ibi nõ
ꝟ in cãu nr̃o iminet peccatum.ſ.ꝙ ꝑ ſurreptionis aſtu
tiam q̃s detineret dignitatem epalem.i.q.i.ordinatio
nes.ꝛ h quare poteſt dici ꝛ meliꝰ ꝙ ſnia tranſiuit h in
rem iudicatam i preiudicium volentium ꝯtradicere qꝛ
poſſunt ipi cõtradictionem obmittere ſine peccato cũ
ſponte veniant ad cõtradicendum.vñ cũ ſemel acquie
uerint ſnie nõ appellando non poſſunt amplius ꝯtra
dicere vt in.c. quod ad ꝯſultationem. de.re.iud.ꝟ hec
ſnia nõ tranſit i rem iudicatam i fauorem beneficiati in
cuius pſona iminet pecca tum vñ ſuperioꝛ pt ſp ex offi
cio ſuo inquirere.ad h quod nõ. inno.in.c.ad aures.
de reſcrip.et optime facit tex.in.c.ꝯſtitutus.ꝟ.de ap
pel.ꝛ ꝑ glo.i.c.ſi forte.ð appel.li.vi. ꝛ in.c.i.de ꝯceſ.
pbẽ.ꝛ ꝓbatur h ſm vnum itellectum i ꝟ.nos ꝟo.ꝟ in
mr̃imonio carnali peccat ꝯiunx obſeruando ſniaꝫ ꝯtra
legem diuinaꝫ vel canonicam vñ nõ potuit acquieſcere
iniuſte ſnie merito audit etiã poſt decẽniũ ne remane
at i peccato qð itellige vt dixi i.c.iurauit ð ꝓba.ꝛ rep
bat iſte tex.apte opi.inno.i.c.cum olim.de do.ꝛ cõtu.
et in.c.cum bertoldus.de re.iudi.vbi dixi ſniam lataꝫ
in cauſa bñficiali non tranſire in rem iudicatam poſſꝫ
tamẽ ſaluari ſm diſtinctionẽ p̃miſſaꝫ Sꝫ ꝯtra p̃dic
ta ꝛ ꝯtra text.ſcđo oppo.exquo eñ electio fuerat ſolẽni
ter cõfirmata per metropolitanum non debuit ampli
us admitti cõtradictoꝛ qꝛ illa cõfirmatio tranſiuit i rẽ
iudicatam exquo non fuit appellatũ ꝑ hoc.c.fi. ð elec.
li.vi.p̃terea vidꝛ i tex.quedã ꝯtradictio ſicut eñ papa
voluit admittere appellatõem ſup defectu etatis p̃ten
dens cãm ꝙ ſnia trãſiuerat i rem iudicatã pari ratõne
nõ debuit admittere appellatõem ꝙ electio fuerit cele
brata cõtra formã cõpromiſſi exquo ꝓceſſerat ſolẽnis
ꝯfirmatõ q̃ trãſiuerat i rem iudicatã cũ ab ea nõ fuiſſet
appellatũ. So.cõtrariũ vidꝛ difficile ideo qdam ſoluẽ
do dixerunt ꝙ hic fuit appellatũ ab illa cõfirmatõne q̃
ſolo non vidꝛ vera.tũ qꝛ diuinat.tũ ꝙ ſi fuiſſet appella
tum fuiſſꝫ pars audita etiã ſup defectu etatis. ꝛ quãqꝫ
doc.intelligant ꝙ ſnia lata ſup defectu etatis fuerit in
terlocutoria attamẽ exquo illa ſnia parit p̃iudicium in
principali qõne appellando a diffinitiua debuiſſet au
diri ſup illa interlocutoria licet ab ea prius non appel
laſſet vt in.c.fi.de appel.li.vi.vñ aliꝗ ſentiũt vt Inno.
ꝙ h papa ex officio ſuo iſto cõtradictores audiuit vel
fuerunt auditi ꝑ viam denunciatõis Sꝫ tu dic melius
ꝙ olim anteqꝫ emanaret.c.fi.de elect.li.vi. cõfirmatõ
electionis nõ habebat vim diffinitiue cũ fieret extraiu
dicialiter nec etiam hodie hꝫ ſemper vim diffinitiue vt
puta ſi procederet confirmatoꝛ extraiudicialiter p̃miſ
ſo edicto et nemine contradicente iuxta nota.in.c.fi.et
c.auaricie.eo.ti.li.vi.merito pro confirmatione debu
erunt audiri contradictores non tamen in modum ex
ceptõnis ad impediendũ confirmationis effectum ſed
per viam denunciationis vel accuſatõnis vt eſt tex. in
c.conſtitutus.ꝟ.de appel.et in.c.poſt electõem.de cõ
ceſ.preben.ſed ſup defectu etatis noluit papa admit
tere contradictorem in iudicio qꝛ metropolitanus pro
nunciauerat i iudicio electum nõ pati defectũ etatis et
ſic ſententia trãſiuit i rem iudicatã exquo nõ fuit appel
latũ.vel dic vt ſentit Inno.ꝙ hic reſtabat ꝯſecratio re
gule cuius impediende poterant fieri oppoſitõnes con
tra electum vt in.c.ſuper his.de accu.et de hac mate
ria vide quod plene ibi nota.et in.c. quod ſicut.e.eo.
et quod dixi poſt Inno.in.c.cum olim.de cauſa poſ.
et proprie.hodie vero an contra electum confirmatuꝫ
premiſſo edicto dubitatur an debeant contradictores
admitti ſaltim per viam denunciationis vel accuſatio
nis de quo vide per fre.in conſi.xxiij. et conſil. xxvij.
et concluſio ſua eſt ꝙ ſic ſi nihil poteſt iſti nouiter veni
enti imputari puta quia illa crimina que nũc opponit
erant occulta tempore edicti vel opponens erat nũc ex



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

dyoceſim ad quod facit.c.nulli .ī. co.li. vi.et.c.ſi .qui
ma.accu.poſſunt.et ad materiam vide Inno.in.c. ad
aures.de reſcrip.vbi vult ꝙ ꝗtūcūqꝫ ſnīa tranſeat i rē
iudicatā in cā bñficiali poteſt tñ ſupioꝛ adiri ꝯtra iniu-
ſte detinentem bñficium ꝑ viam denūciatōis ⁊ ꝓ illo
dicto vīdꝛ hic tex.ſm vnum intellectū in v̄. nos vero.
Tercio oppo.cōtra tex. videt̄ eñ ꝙ iſte canonicus
non debuit ꝓuari ꝓbenda ex eo qꝛ non ꝓbauit nā a pe
na calūnie excuſatur accuſatoꝛ ꝓbando ꝑ vnum teſtē.
vt nō.doct.in.c.ij.ō calū.ſed iſte canonic⁹ habuit plu
res teſtes ſaltim ſingulares ǵ debuit releuari ab iſta
pena ꝓſumpte calūnie.So.dicūt cōmuniter docto.ꝙ
ꝯtrarium procedit vt qs excuſetur a pena iuris.ſecus
quo ad penam ſpālem ad quaꝫ qs ſe obligauit niſi ꝓ
baret.et nota ſing.hoc dictū nam non videt̄ ꝓbaſſe.ꝓ
bando minus ꝑfecte ar.in.c.ij.de tranſla.ꝑla.⁊ verba
obligatōꝛis debēt ꝓpꝛie ſumi ar.in.l.amplius.ff.rem
ra.ha.⁊ quod ibi nō.bar. Sed ꝯtra hoc facit quia
hic nō habebat iſte canonicus aliquē teſtem ſuper ipo
facto ꝑncipali qꝛ quilibet canonicus deponebat ꝙ nō
ꝯſenſerat in archidiaconū nemo autē dicebat ꝙ maioꝛ
ꝑs nō ꝯſenſiſſet cum ſcrutiniū fuerit factum i ſecreto ſꝫ
vn⁹ teſtis non facit ſemiplenam ꝓbationem niſi qñ de
ponit ſup facto ꝑncipali vt nota.dicit bar.poſt glo .in
l.ſi.C.fami.her.ergo iſte tex.nō ꝓbat limitatōem do
cto.So.ſuſtinendo eoꝝ dictū poteſt dici ꝙ nō ſolū di
ctum vnius teſtis excuſat a pena ꝓſumpte calūnie ſed
etiā cōiecture vt eſt tex.nota.in.c.i.in ſi .ī. co.li. vi.vñ
ſaltim iſti canonici ſingulariter deponētes faciebāt cō
iecturā ꝓbabilem ꝙ iſte canonicus nō calūnioſe ſe op
ponebat et ideo a pena legali debuiſſet iſte excuſari ſꝫ
nō fuit excuſatus qꝛ agebat̄ ō pena cōuentionali ⁊ no
ta.ſemꝑ hoc dictum in practica. In glo.in v̄. ſuſti
nere ibi niſi ſolus papa.cōcludit glo .in hac ꝑma pte
ꝙ ſolus papa poteſt diſpenſare circa defectū etatis cū
promouendo ad epatum et quanqꝫ glo. nihil alleget
mihi placet dictū glo.et adduco ho.tex.ī. c.nihil.Itē
faciant rōnes q̄s glo.ſubiicit in ſequenti.q. in qua gl.
exaiat nunqd epi poſſint diſpenſare vt patiēs defectū
in etate poſſit ꝓmoueri ad dignitates inferiores et ad
eccleſias ꝓchiales in qua qōne ponit duas opi. nā
quidam tenuerūt ꝙ ſic et hanc opi. ſecuti ſunt Inno⁹.
Hoſti.et multi alij Alia opinio quam ſequitur glo.hꝫ
ꝯtrariū et hanc cōtrariam opi.tꝫ Jo.an.hic et hodie
pōt hec opi.defenſari et limitari ꝑ.c.vnicum.de eta.⁊
quali.li.vi.vbi datur facultas epo diſpenſandi cū cō-
ſtituto in .xx.anno circa dignitates et ꝑſonatus nō cu
ratas.ergo ante.xx.annum non poteſt cum aliquo di
ſpenſare nec etiam poſt.xx.circa dignitates curatas
ſeu beneficia curata qꝛ ex quo illa ꝯſtō permittit certo
cāu videtur in alijs ponere regulam in cōtrarium ar.
in.c.nonne.de ꝓſump.⁊ in.c.ſi dñs.xxxij.q.vij.et i.c

ij.de ꝯiu.lepro.et hanc opi.tenet glo.in.c.lꝫ canon .ī.
co.li.vi.Itē facit tex.in.c.dilect⁹ .ī. de tē.oꝛdi.vbi pꝫ
ꝙ epus nō diſpenſat cōtra canonē niſi diſpenſatio repe
riatur ꝑmiſſa de quo ibi ꝑ Inno.et dixi plenius in.c.
at ſi clerici in.§.de adulterijs .ī. de iudi. ⁊ ꝑ archy.in
d.c.lꝫ canon.ſ iſta diſpenſatio circa etatē non reperit̄
permiſſa niſi in caſu ꝑdicto.ergo videtur omnib⁹ citra
papam ꝓhibita Nota tamen glo.in ratōne ſui naꝫ
ponit glo.hic regulā ꝙ epus non pōt diſpenſare cōtra
ꝯſtōnes ꝯcilij et quotidie ſolet hec glo.allegari.⁊ vide
glo.in.c.dilectus el.i .ī. de ꝓben.q̄ tenet idē in legato
pape vide etiā glo.i cle.i .ī. co.ti.q̄ ſentit ⁊ bñ ꝙ regu
lariter null⁹ citra papā poteſt diſpenſare ꝯtra ꝯſtōnes
ꝯcilij et facit.c.ſignifi caſti.e.co.vbi papa ſolū excipit
auctoꝛitatem romani pontificis.ad idem.c. poſt tranſ
lationem .ī. de renū.vbi papa reddit ſe difficilē ad di
ſpenſandū cōtra cōciliū et vide qō nota .pau. in dicta
cle.i.et ſpe.in ti.de lega.ſub rubrica de diſpenſa.§.cō
ſequēter.v̄.generaliter.dico ꝑ archy.lxvi.di. i ſumma
vide tamē oino do.de rota.deci.cdiiij.vbi dicūt ꝙ ex
magna cā neceſſitatis vel vtilitatis pt epus diſpenſare
et all'.Jo.ō lig.in.d.c.at ſi clerici.hoc dictū puto poſ
ſe ꝓcedere qñ oꝛiretur aliqua cā vrgens de nouo et in
cogitata veriſilr ꝑ cōcilium tpe edicte ꝯſtōnis ar.ꝯ.
in.l.ſi hoiem.ff.manda.vbi ex tali cā nouiter oꝛta pōt
ꝓcuratoꝛ generalis inhibere ſpāli ne exequatur māda
tum ſibi ꝑ dñm iniunctum et ꝑ illā legem ⁊ ſit nota.
bal.in.l.oēs populi.ff.de iuſ.et iur. ꝙ ex cā magna pt
epus etiam ſtatuere contra canonem quod intelligē de
cā veriſilr tunc non cogitata modo ꝑdicto ita ꝙ nō ſit
veriſimile ꝙ princeps admiſiſſet diſpenſationem ſeu
ꝯtrariam ꝯſtōnem ſi illam cām cogitaſſet facit qō no-
ta.archy.in loco ꝓalle.et vide ad hanc materiaꝫ quod
pleniſſime dixi in.d.§.de adulterijs.et ꝑ hoc pt ſolui
alia queſtio nunquid epus poſſit diſpenſare circa defe-
ctum etatis cum promouendo ad oꝛdines.nam ideꝫ
dicerem quod in qōne precedenti per cle. generalem.
de eta.et quali.et quod ibi nota. Nec ob.c. preterea.
all'.in glo.ꝓ contraria opi.quia illud loquitur in pati
ente defectum in oꝛdine ſacro naꝫ talis defectus de fa
cili poteſt ſuppleri et hodie ſcōm opi.cōmunem non ē
neceſſaria in illo caſu diſpenſatio de quo plene dixi in
c.ducum.e.co. In glo.in v̄.iuramento.ibi vl' dic
ꝙ licet cauſa ſit ſuper re ſpirituali ⁊c̄. nota bene hanc
ſecundam ſo.glo.vult enim ſing.ꝙ cum agitur poſſeſ
ſoꝛio puta ad reſtōnem rei non poteſt dici cauſa ſpiri-
tualis qꝛ non agitur ſpūaliter ſꝫ agatur de re ſpūali ⁊
facit hoc dictum vt poſſit talis cauſa agitari coram iu
dice ſeculari quod an ſit verum vide quod dixi i .c.ſi.
de iudi.et plenius in.c.literas.de iur.calū. ſ q̄ ad ꝑn
cipalē materiā hui⁹ glo.ceſſat difficultas ſpius dupľr
ꝑmo qꝛ iſte tex.nō loqͭ̄ de iuramento calūnie ſꝫ de iu

ramento malicie/ qḋ pt exigi quotiens iudici videbitur
vt in.c.ij.§.eo.ti.li.vi. In gl.i v̇.⁊ ſi tres .ibi vnde
mca⁹ vſq3 ſigna iſtã pticulam glo.vſq3 ad finem.ex q̃
nõ ⁊ tene menti ꝙ vbi ex natura negocij ñ põt haberi
alia pbatio admittũtur i teſtes nõ idonei nã iſti cõpro
miſſarij ñ ſunt iudicãdi idonei cũ ex iſto facto poſſent
reportare laudẽ ⁊ vituperiũ cederet eñ ad eoꝝ vitupe
riũ ſi eoꝝ electio retractaret̃ et ecõtra ad laudẽ ſi appro
baret̃ ſ; vbi ex dicto teſtis põt ſibi aſcribi laus vel vitu
periũ nõ dꝫ iudicari idoneus iuxta nõ.in.c.inter dile
ctos.de excẽſ.pla. et in.c.cum a nobis.§.de teſti.vbi
plene hũc articulũ expediui ſ; admittunt̃ iſti q̃ cũ i ſe
creto fuerit factũ ſcrutiniũ nõ poterant alij p̃ter eos in
hac re perhibere teſtimoniũ facit qḋ in ſili habet̃ in.l.
cõſenſu.C.de repu.et in.c.veniens.el.ij.in fi.de teſti.
cogẽ.et idẽ qḋ iſta glo.tꝫ Io.an.in.c.fi.de teſti.li.vi.
ſup glo.ij.et vide ad materiã hui⁹ glo.qḋ nõ.Inn.in
c.ij.de arbi.et ibi etiã tetigi et adde ad p̃dicta dictam
bar.in.l.qdaꝫ relegatus.i fi.ff.de re.dub.vbi p iſtum
tex.dicit ꝙ ſi plures officiales eligerũt titiũ in ptãtem
⁊ nũc non ꝯſtat de quo titio ſenſerint q̃ plures reperi
untur eiuſdem nois ⁊ cognominis ꝙ ſi ſaltim duo ex
illis officialibus deponãt de quo ſenſerint ſtãdũ ẽ illo
rum teſtimonio ⁊ idẽ dic i ſimilib⁹ q̃õnib⁹ In gl.in
v̇.oſtenſum.in fi.Item dic ꝙ h̃ ꝯſtabat de ꝯpromiſſo
ideo debebat p̃ſumi ꝙ erat liberꝫ.ſi enim canonici di/
cunt ꝙ fuit reſtrictum debẽt ipi hoc pbare q̃ opponẽ
ti incũbit onus pbandi.vi.q.vltima.actor qḋ aſſue/
rat.et in.l.ei.ff.de pba.et regulariter qs habeat pba/
re qñ aliqd opponit̃ ꝯtra electum vel electõnis formaꝫ
vide p Io.an.i regula infamib⁹ de re.in.li.vi.in mer.
vbi ꝯcludit ꝙ regularit̃ on⁹ pbandi incũbit opponẽti ⁊
vidoꝝ pbari in.c.i.§.c.li.vi.⁊ h̃ vide tñ ꝙ dixi i.c.cũ no
bis.e.eo. In gl.i v̇.obligauit.ibi ſpem p̃mioꝝ.dic
ꝙ ibi obligauit ſpem quã habebat i p̃mio ſeu i ſalario
h̃ obligauit ipm p̃miũ.i.ipm beneficiũ iam adeptũ.p̃/
terea iſta obligatio fuit facta cõſentiente ſupiore alias
cũ vt dicũt doct.⁊ bñ nõ p̃t qs ſe obligare ad penam
beneficij perdendi ar.in.c.qḋ i dubijs.et in.c.admo
net.de renun.⁊ in fi.glo.adde.c.i.§.adicientes.§.eo.ti.
li.vi. In glo.pe.ibi ad h̃ dicas.nõ.glo.vſq3 ad fi
nem q̃ quotidie ſolet allegari ex qua habes ꝙ ſicut in
criminib⁹ ⁊ i popularib⁹ actionibus ꝯſumit̃ actio vno
agente niſi i caſibus h̃ exceptis ita cũ opponitur cõtra
electũ ſeu ꝯfirmatũ et idem videtur cũ agit̃ cõtra cleri
cum ciuiliter vt priuetur beneficio vt ſi vno agente fuit
abſolutus nõ admittatur deinceps alius volẽs idẽ fa/
ctum refricare dic tñ ꝙ pprie non ẽ iſta actio popula
ris ſ; quaſi nã in actionib⁹ popularib⁹ non admittitur
pcurator vt in.l.licet i popularib⁹.ff.de pcu.ſ; in iſta
actõne de qua in tex.vel in ſimili admittitur vt i.c.ſup
bis.de accu.in fi.et de hoc p Io.an.in.c.dudum.el.

ij.§.eo.ti.poteſt etiam dici ꝙ ſñia lata ſuper etate fa/
cit ius que ad omnes ſicut lata ſuper ingenuitate vt.ff
de ſta.ho.l.ingenuum.ſm Hoſt.et vide ad materiam
Inno.in.c.cãm.el.ij.§.qui filij ſint legi.et quod ibi
dixi.

**Vm in iure.** Hoc.c.legit̃ varijs modis ſed inherẽdo
verbis litere h̃ dicit in ſumma Si ex ſeptem
cõpromiſſarijs tres eligũt quartum ⁊ ille ꝯſentit et eſt
idoneus ꝯfirmabit̃ electio.vel aliter ſm intellectum in
trinſecum.Si electio fit ex forma compromiſſi elect⁹
ꝯſentiendo electõni de ſe facte a media pte eligentium
auget numeꝝ et electionem pficit ⁊ ẽ caſus ſing.ſcḋm
iſtum intellectũ.In prima ponit̃ decīſum exordiũ no
tans querentẽ.In ſcḋa cõſultatio ex cõpromiſſo ſup
duplici electõne facta.In tercia ꝯſultationis reſpõſio
cum duplici determinatione.ſcḋa ibi tue cõſultatõnis
articulus.tercia ibi ſuper eo. Nota p̃mo iũcta deci
ſa ꝙ redarguendus ẽ iuriſperitus q̃ dubitat de eo qḋ
nil vel parum dubitationis habet nam h̃ in antiqua li
tera ſequebat̃ et cum habeas copiam peritoꝝ nõ poſ
ſum⁹ nõ mirari ꝙ ſup qbuſdaꝫ articulis qui aut nihil
modicum dubitationis hñt nos ꝯſulere voluiſti et fa/
cit cõtra eũ q̃ ponit ꝯcluſiones nõ multũ dubitabiles
Et ex hoc nõ ꝙ lex debet eſſe in dubio ⁊ ideo ſemp dꝫ
in dubio interpretari vt decidat caſum dubiũ.ex quo i
fertur ꝙ ſi vna lex vel canon poteſt habere duos intel
lectus vnum indubitabilem ⁊ alium dubitalẽm debe/
mus illũ cape q̃ decidit caſum dubitabilem vt in.l.i.i
fi.ff.ad municipa.et in.l.qḋ labeo.ff.ad carbo.tamen
quo ad iſtum tex.dic ꝙ iſta queſtio eſt multum dubi/
tabilis adeo ꝙ ſcḋm Io.an.indigeret declaratõe p̃n
cipis vt patebit ex infra dicendis ſed admiratio pape
poteſt referri ad alios articulos qui h̃ decidũt̃ No
ta ſecundo ꝙ articulus q̃ñq3 ponitur p pte ꝯſultatio/
nis.aliqñ hꝫ aliam ſignificatõnem ⁊ vide glo.in.c.ij.
de teſtij.li.vi. Nota tercio ꝙ p̃t p ꝯpromiſſum pui
deri non ſolum dignitati ep̃ali ſ; etiã inferiorib⁹ digni
tatibus ſeu pſonatibus.et cõcordat.c.cãm.e.eo.⁊ pu
to eadem rõne ꝙ habentes electionem q̃ruũcunq3 iure
pprio pñt i alios compromittere.ſecus ſi iure alieno
cum videatur tunc electa induſtria perſone ar.in.c.fi.
de offi.dele.et in.c.is cui.eo.ti.li.vi. Nota quarto
ex fi.ar.ꝙ ex ſola electione quis p̃t ꝯſequi ius decana
tus abſq3 aliqua confirmatione valet ergo conſuetudo
vt ſaltim in iſtis minorib⁹ electus conſequatur plenũ
ius ex ſola electione quod videtur tenere bal.in auctẽ
tica habita.C.ne fi.pro pa.regulariter tñ exigitur con
firmatio etiam in officijs ſecularibus de quo vide gl.
nota.in.l.priuatorũ.C.de iu.om.iudi.⁊ vide qḋ dixi
e.eo.in.c.cũ eccleſia.⁊ pleni⁹ i diſputatõe que incipit
gandulfus ⁊c̃. In glo.ibi dicunt quidam hec glo.

format q̄ſtionem nūq̄d ꝯpromiſſarij poſſint vnū ex ſe
eligere ſi i cōpromiſſo nō fuit hec ptās expſſe collata
Et ponit circa hoc duas opi. nā q̄dam tenuerūt q̄ nō
et hanc opi. ſequitur glo. hic quam dicit probari per. l.
non licet. et. l. ſi in emptione. ff. de contra. emp. in qui
bus iuribus patet q̄ tutor non pōt rem pupilli a ſeipſo
emere licet ſit deputatus ad diſtrahendum. et idem te
nuerunt Tā. et Jo. de deo. ꝛ Boa. s. eo. in cauſis. ſed
contrariam opi. quā recitat hic glo. in prin. tenuit Jo.
in. c. q̄ ꝯpatum. viij. q. i. Itē hoſti. Inn. Compoſ.
ꝛ multi alij h ꝛ ē quaſi ꝯmunis opi. ꝫ etiā Accur. glo.
iuris ciuilis. in. l. plane. ff. quod cuiuſq; vni. no. et
archy. in. d. c. q̄ ꝯpatum. et videtur hec opi. ſatis ꝓba
ri p iſtū tex. et melius facit. c. cū in veteri. ꝭ. eo. Itē
ex contraria opi. poſſet ſequi fraus et abſurditas ſcḋꝫ
hoſti. nam iter compromiſſarios poſſent fraudulenter
poni illi de qb⁹ vtilius poſſet eccleſie ꝓuideri. nec ob
ſtant iura all. p glo. loquūtur enī q̄n ptās daſ vni. qꝛ
etiam certo caſu pōt emere tutor rem pupilli ſi hoc fu
erit palā et fraude ceſſante vt in. l. pupillus. ff. d̄ aucto.
tu. hic aūt loquimur cū ptās cōpetit plurib⁹ vñ non pt̄
dici q̄ elect⁹ oriatur a ſe ſcḋ potius vocatur a deo et a
ſocijs et facit qḋ legi. et nota. in ſimili in. l. cū ipſe. C.
de ꝯtrahē. emp. et hec faciunt optime in ar. q̄ plures
deputati ad diſtribuendū certa bona ad pias cauſas
poſſint illa diſtribuere in aliquē ex ſeipſis dūmodo ali
as egeat. ꝛ circa h vide plen⁹ dixi in. c. i. de coha. cle.
et mu. Item facit q̄ ſi certi officiales deputanſ ad
eligēdū aliquos officiales pñt aliquē ex ſeipſ eligere
niſi forma ptātis eis tradite reſiſtat. ſec⁹ dic cum ptās
eſſet eis tradita vt ſeqtur in gl. naꝫ iſte eligendo ſeipm
eſſet tanq̄ ambicioſus repellēdus. viij. q. i. in ſcriptu
ris. etiā ſi iuraſſet eligere idonorē. qꝛ vt dicit h Inn.
et bñ q̄lꝫ dꝫ in ſeipſo recognoſcere culpā. v. di. ad e⁹
c. de alio debet p̄ſumere bonū vt in. c. ſi. de preſump.

In glo. ſi. ꝓ itellectu glo. oppo. ꝯtra tex. videt enim
q̄ iſta electio facta a tribus ꝛ ſeptē ꝯpromiſſarijs nul
lo mō valere debuerit. tñ qꝛ forma ꝯpromiſſi expreſſe
habebat vt deberet q̄s eligi ab omnibus vel a maiori
pte vt patet hic in tex. tum qꝛ hoc videtur de iure cōi.
vt in. c. qꝛ ꝓpter. ꝛ. c. eccleſia. ꝭ. e. facit. c. ſi. de re iudi.
So. glo. mctu cōtrarij dicit q̄ pſona iſtius electi ꝯſen
tiendo electioni de ſe facte auget numeꝝ eligentiū ꝛ ſic
ex ſeptē habuit q̄tuor ꝛ p ꝯñs maiorem ptem dixit tñ
in fine q̄ hodie non valeret talis electio qꝛ pſona ele
cti non dꝫ ꝯputari in numero eligentium p. c. cumana.
ꝭ. eo. et ſic ſentit glo. q̄ hodie iſtud. c. ſit ſublatū qḋ ē
ꝯtra id quod habetur. s. in ꝓhemio naꝫ fruſtra fuiſſet
hic poſitū ſi eēt correctū p illud. c. cumana. Itē contra
p̄mū dictū glo. facit vt ñ debeat ꝯputari in numero qꝛ
aut iſte ꝯſenſit electioni fiende ꝛ tanq̄ ambitioſus ē re
pellēdus aut electioni iam facte ꝛ cū nō eēt facta a ma

iori pte nō poterat adhuc p̄ſtare ꝯſenſum cū nō diceꝛ
vocatus a deo exquo electio nondū eſt facta a maiori
pte vt in. d. c. eccleſia. et in. c. qualiter. s. eo. So. mctu
huius ꝯtrarij dixit hic Inn. q̄ iſte ꝯſenſit electioni iā
facte qꝛ ꝛ ſi nō habuit maiorē ptem habuit tñ equalē
ꝛ ſaniorē fuit enim ps ſua ſanior ex ordine ꝯpromiſſi
naꝫ fuit dictū vt poſſent eligere ex ſe vel ex alijs. ex or
dine enī litere colligitur q̄ iſta ps fuit ſanior ar. in. c.
mandato. de p̄ben. li. vi. et in. l. quotiens. ff. de vſufru.
hec opi. Inno. ē fundata ſup ea opi. que hꝫ q̄ electio
facta a parte ſaniori dicitur eſſe facta a maiori vt nō. ꝭ.
c. ſcriptum. et. c. eccleſia. que q̄dꝫ opi. cōiter dānatur
duo enī requirūtur copulatiue ad validitateꝫ eoꝝ que
fiūt ab vniuerſitate vt fiant. ſ. a maiori pte et ſaniori vt
in. d. c. qꝛ ꝓpter. ꝛ in. c. i. de his q̄ ſi. a ma. par. ca. vbi
etiā tetigi. et ex his patet q̄ lect. Inn. nō eſt vera ꝛ ex
preſſius ſibi reſiſtit. c. eccleſia. ꝭ. eo. aliā lecturā poſuit
hic Compoſ. dicens q̄ pſona electi ꝯputatur hic i nume
ro eligentium ex forma ꝯpromiſſi qꝛ fuit dictū vt ex ſe
poſſent eligere vñ licet alias ceſſante hac forma potu
iſſent eligere vnū ex ſe elect⁹ tñ non haberet augere nu
merum hec lec. Compoſ. non placet Jo. an. et bene qꝛ
non hꝫ in ſe rōnem ſufficientem nā lꝫ fuiſſet dictum vt
poſſent vnū eligere ex ſe nō tñ ſequitur q̄ tacite volue
rint vt pſona electi ꝯputaretur in numero eligentiū cū
iſta ſtent ſimul qḋ vnus eligatur ex ſe ꝛ qḋ electio fiat
a maiori pte ipſoꝝ et non ꝓbat hoc eſſe qḋ ab hoc cō
tingit abeſſe vt in. c. ij. de tranſla. prela. ꝛ in. l. neq; na
tales. C. de ꝓba. procederet enim ꝯſideratio Compoſ. ſi
fuiſſet cōpromiſſum in duos hoc adiecto vt poſſent
vnum eligere ex ſe nā tūc tacite voluiſſent compromit
tentes qḋ vox electi cōputaretur cum aliter nō potuiſ
ſet fieri electio a maiori parte Tertiaꝫ lect. ſeu quartā
poſuit hic hoſti. dicens q̄ vbi proceditur p viam com
promiſſi vox electi auget numeꝝ et cōſentiendo electi
oni ſue perficit ipſam electionem quo caſu ꝓcedit iſte
tex. Aut proceditur per viam ſcrutinei et nō ꝯputatur
in numero vt in. c. cumana. qḋ glo. adduxit in ꝯtrariū
ratio diuerſitatis ſm eū ē qꝛ cum ꝓceditur p formam
cōpromiſſi non debet eſſe cōpromiſſarijs officiū dā
noſum. Item quia electus non oritur a ſe ſicut oriret
in forma ſcrutinij ꝛ cum hac lect. hoſti. tranſeūt hic cō
muniter doct. ſeculares. ſed conſidera qꝛ ratio hoſti. ē
nimis breuis ſed per alia verba clariora loquitur Jo.
an. poſt eū in. c. p veſtras. ꝭ. de in. pa. et h et dic qḋ ve
ra rō diuerſitatis ē qꝛ ꝯpromiſſum nō artat ad ſuādā
formā q̄. c. qꝛ ꝓpter. ꝭ. eo. vt ibi patet vñ pñt ꝛ ſolent cō
promiſſarij eligere palā vt vnuſquiſq; audiat vota ali
orum. vnde cuꝫ quis nō poſſit eligere quin ſciat ſe ab
alijs electum conſentiendo electioni de ſe facte a par
te equali non videtur ambitioſus nec oriri a ſe cum ſit
p̄us vocatus a deo et a ſocijs merito ꝯſentiēdo auget

numerū cū ſit vnus de habētib⁹ ptātem nec diſpoſuit
pncipaliter in ſeipſum ſed poti⁹ diſpoſitioni ab alijs
facte ꝯſentit nec eſt hoc ambitioſum ſ meritoriū ⁊ offi
ciū caritatis ſi bono corde fit ar. viij. q. i. q epatum. ſ
qñ pceditur p formā ſcrutinij cū in ſecreto quilibet ꝯſenti
at ⁊ ſic ignoret an fuerit ab alijs electus non pōt ꝯſen
tire in ſeipm qꝛ ſic videret ambicioſus a ſeipſo oriri et
ex hac rōne dico ꝙ nō debemus ꝑiſe diſtinguere iter
formam compromiſſi et formam ſcrutinij. nam ⁊ com
promiſſarij poſſent pcedere p ſcrutiniū ꝑuatum quo
cāu nō poſſet electus conſentire in ſeipm qꝛ oriretur a
ſe niſi ex poſtfacto poſt publicatōez velit recedere a cō
ſenſu alij preſtito et ꝯſentire electioni d ſe facte vt hic
ſubicitur i hac glo. ſ idem eſſet in forma ſcrutinij vbi
acceſſorie nō eet ſeruāda forma. c. qꝛ ppter ideo poſſu
mus ⁊ melius diſtinguere ſic ꝙ aut ſumus i caſu in q
ē ſeruando neceſſario forma. c. qꝛ ppter vtputa in ele
ctione epi vel plati regularis p cuius mortē remanet
eccleſia viduata et tunc anteꝗ̄ vox electi computetur i
numero eligentiū qꝛ a pncipio non poteſt qs ꝯſenti
re in ſeipm cum qs debeat conſentire in ſecreto nec ex
poſtfacto. ſ. poſt publicatōem pōt accedere ad aliā ele
ctionem cū conſenſus de ſubſtantia debeat preſtari in
ipſo ſcrutinio ita ꝙ cōſenſus poſtea ſuperueniens nihil
operatur. vt in. d. c. qꝛ ppter. iuncto. c. auditis. eo. ti.
aut ſumus in cāu in quo nō eſt neceſſario ſeruanda il-
la forma iuxta nota. p glo. in. c. ſicut nūc. et in. c. is cui
. j. eo. li. vi. et tunc aut fit electio cunctis audientib⁹ aut
per ſcrutiniū priuatum. primo caſu poteſt pcedere di
ſpoſitio huius. c. cum ſemꝑ ſubſit eadē ratio cum non
oriatur a ſe nec ſit ambicioſus exquo videt ſe electū ab
alijs puto tñ ꝙ ad hoc vt iſte poſſit ꝯſentire electioni
de ſe facte oportet ꝙ vox ſua vna cum alijs q eū elige
runt conſtituat maiorem partē. ſecus ſi ad paritatē dū
taxat perducit vota aliorum vt ſenſit h phi. videretur
enim ambicioſus ſi conſentiret electioni de ſe facte ex
quo electio nō pducitur ad maiorem partem vna cū
conſenſu ſuo ſ ſi fuiſſet proceſſum per formā ſcrutinij
priuati non poſſet iſte conſentire a principio in ſeipm
cū ignorat an alij in eū ꝯſenſerint credo tamen vt. s.
dixi ꝙ ſi iſte electus ab equali pte conſenſiſſet in ſcruti
nio priuato in alium qui non eſt electus a maiori pte
ꝙ poſſet recedere facta publicatione ab illa noīatione
⁊ conſentire electioni de ſe facte ⁊ ꝯſentiēdo augere nu
merū qꝛ exquo neceſſaria non eſt ſeruanda forma. c. qꝛ
ppter. poteſt augeri numer⁹ per acceſſum ſicut ſeruat̄ i
electione pape iuxta nota. in. c. licet. s. eo. et in electio
ne Imperatoris vt nota. in. c. j. proxi et hoc eſt quod
voluit glo. hic et in ſequenti. q. et hec videntur fuiſſe d
mente Io. an. in regula in toto. de re. iur. in merc. li.
vi. vbi dicit ꝙ ſi omnes canonici eccleſie cathedralis
ſunt mortui preter duos poteſt vnus alium eligere in
epiſcopum et electus conſentiendo auget numerum vt
hic ita ꝙ electio non dicatur facta ab vno ſed a toto ca
pitulo nam et iura dicūt ꝙ electio pōt eſſe cōcors vt i
c. ꝗ̄ ſit. xviij. q. i. ſed non poteſt dici concors ſi elect⁹
conſentiret in alium. ergo de mente iuris eſt ꝙ electus
conſentiēdo electioni ſue computetur in numero eligē-
tium quod intellige modo pdicto. et fortius predicta
procedunt quando compromiſſum fieret in duos nā
vnus poſſet eligere alium et electus ꝯſentire vt voluit
hic hoſtien. et bene. Et ſcdm predicta limitarem ⁊ di
ſtinguerem vnum dictum hoſti. hic in eo ꝙ dicit ꝙ in
electione pape poteſt habere locum id quod hic dicit
ꝙ vox electi auget numerū eligentium intelligo enim
quando fit electio per ſcrutinium priuatum vel quan
do facta publicatōne recederet electus a nominatōne
de alio facta in quem non conueniat maior pars et cō
ſentiret electioni ſue. qualiter autem debeat iſte electus
conſentire electioni ſue ad hoc vt augeat numerum eli
gentium. dicit hic phy. et bene ꝙ non debet dicere eli
go vel coeligo meipm ne principaliter diſponeret i ſe
ipſum contra. c. ſi. de inſti. ſed debet ſic dicere cōſentio
electioni exquo adhuc non eſt perfecta cum nōdum ſit
facta a maiori parte ſed ab equali dic ꝙ licet nondum
ſit facta a maiori parte ſed eſt tamen in fieri non ē eñ
omnino fienda ſed conſentiendo illico augetur nume-
rus ſicut i ſimili nota. in. c. pterea. j. de appel. p Inno.

An aūt poſſit iſte electus ſp ꝯſentire electioni d ſe
facte dic ꝙ nō ſcdm doct. debet enim conſentire infra
tempus a iure ſtatutum ad electionem fiendam vel in
compromiſſo appoſitum nā cum electio perficiat̄ ſuo
conſenſu demum intercedēte oportet ꝙ conſenſus ſu⁹
intercedat infra tempus electioni fiende prefixum ar. i
l. bonorum. ff. rem ra. ha. et facit quod nota. glo. in. c
ꝗ̄ ſit. d elec. li. vi. Ultimo pro declaratione dictoꝝ
et tex. queritur quid ſi aliqui ex cōpromiſſarijs elege
runt ſcienter indignum nūquid valeat electio facta ab
alijs de idoneo ſi non conſtituunt maiorem ptē oim
hec queſtio dependet ab alia nunquid poteſtas iſto-
rum compromiſſarioꝝ qui elegerunt ſcienter indignū
deuoluatur ad alios cōpromiſſarios qui non delique
runt an debeat ad capitulum nam ſi redit ad capitulū
non valet electio quia non eſt facta a maiori pte Ho.
dicit hic hoſti. quod talis electio non valeret in termi
nis huius. c. propter formam appoſitam in compro-
miſſo nam fuit dictum quod electio fieret ab omnib⁹
vel a maiori parte iſta autem non reperitur facta a ma
iori parte et ſic ſentit ꝙ ceſſante tali forma valeret ele-
ctio facta a minori parte exquo alij ſunt priuati ſed
mihi nō placet hec conſideratio hoſti. nā ⁊ ſi nihil fuit
dictū i cōpromiſſo tñ tacite itelligitur vt fiat ab omni
bus vel ſaltem a maiori parte vt dixi in. c. precedenti.
vnde quemadmodū valeret electio facta a maiori pte

ex quo alij cõpromiſſarij ſunt ꝓuati qꝛ elegerũt ſciẽter indignũ ita dꝫ valere cũ fuit dictũ in cõpromiſſo vt fieret ab omnib⁹ vel a maiori pte nã alijs ꝓuatis electio põt dici facta ab omnib⁹ qꝛ fuit facta ab illis in quos tota ptãs erat deuoluta vt habet̃ in ſili in.c. ꝯgregato ꝟ. c.nã certũ ẽ qḋ etiã ꝯpromiſſarij eligẽtes ſcienter indignũ ſunt ꝓuati ptãte eligẽdi vt in.c.ſi ꝯpromiſſari⁹ ꝟ. eo.ti.li.vi.nec delictũ maioris ptis dꝫ nocere minori pti vt ptãs redeat ad capitulũ nã illud.c.ſi ꝯpromiſſari⁹ loquitur qñ oẽs ꝯpromiſſarij elegerũt ſcienter indignũ tũc eñ ptãs redit ad capitulũ.ſec⁹ ſi oẽs eligunt ⁊ electio facta a minori reputur facta de idoneo. ⁊ predicta nõ.faciunt eñ nedũ ad electiones que fiunt ad eccleſiaſtica officia ſed etiam ſecularia.

Elect⁹ in imperatorẽ a maiori pte illoꝝ ad quos ſpectat electio ſi fuerit idone⁹

**Venerabilem.**

p papã ꝯfirmabit̃. ẽ vt dicit Cal. ⁊ bñ meli⁹ ⁊ ꝓprius dꝛ approbat̃ qꝛ nec i iſto nec i alio iure ꝓbat̃ ꝙ electio imperatoris ꝯfirmetur per papã ẽ approbat̃ ⁊ ad h vide bonũ tex. in cle. romani. de iureiur. vbi ponũtur formaliter verba qbus vtitur papa i exaltatione electõis imperatoris nã denũciat ⁊ declarat electum eẽ idoneũ vt clarius et latius ibi habetur. vel ſumma aliter iſtum tex. et pinguius ſic. Electio imperatoris ſpectat ad ꝓncipes germanos tres prelatos ⁊ quatuor laicos ⁊ electio facta p eoꝝ maiorẽ ptem ceteris non contemptis tꝫ et ad papam ptinet electum examinare approbare ⁊ inungere conſecrare et coronare ſi eſt dignus vel reicere ſi eſt indignus vt qꝛ ſacrilegus excõicatus tyrann⁹ fatuus hereticus paganus periurus vel eccleſie perſecutor. et electoribus nolentibus eligere papa ſupplet ⁊ data paritate vocum eligentiũ nec accedente maiori ꝯcordia põt papa gratificare cui vult hoc dicit nõ. iſte tex. Diuiditur nam in ꝑma ponit reꝓhenſionem legati. In ſcda ibi verũ captando beniuolentiã principum ipſoꝝ ius et ptãtem declarat In tercia ibi obiectioni. rñdet ei qḋ obiciebat̃ ꝯtra legatũ In quarta ibi eos. monet ꝑncipes vt adhereãt Ottoni ⁊ recedãt a Philippo ⁊ ꝙ hoc facere debeãt ꝓbat q̃tuor rõnibus. In tercia ibi nobilitatem. hoc ſpãliter mãdat duci i ſuprascriptione nominato. et vt habeas ꝑfecte itellectum litere premitte ꝙ dum olim eccleſia romana eſſet oppreſſa ab Aiſtulpho rege lõgobardoꝝ papa requiſiuit auxilium ab imperatore qui olim habitabat in grecia naꝫ poſtq̃ ciuitas Romana vbi erat imperium fuit tradita eccleſie per Cõſtantinum imperatorem Imperator fuit ad habitandum in grecia et fecit edificari ſeu ampliari ciuitatem Conſtantinopolitanam tunc nobiliſſimã. et qñ ille imperator qui tunc regnabat in grecia noluit eccleſie preſtare auxilium papa illum priuauit ⁊ imperiũ tranſtulit in germanos dando ptãtem ſeptẽ principibus Alemanie quoꝝ tres ſunt ꝓlati. ceteri vero laici quos nominat glo. in. c. ad apſice. de re iudi. li. vi. vt haberent eligere futuꝝ imperatorem ⁊ hac poteſtate et ordinatione ſtante vacante imperio electores diuiſerũt ſe in duas ptes nam qdam conuenerunt in philippum ducẽ. alij vero in Otton. ẽ legatus pape q erat in illis partibus ex mãdato ipſius pape in ꝑdicationibus et alijs collationib⁹ ſuis ⁊ etiam i ſuis literis denunciauit pſonam ottonis idoneam ad imperiũ obtinendum et pſonam philippi declarauit indignam et ſuadebat oĩbus q̃tenus recederent ab obediencia philippi et adhererent Ottoni. principes et alij q̃ adherebant philippo querelarũt apud romanũ põtificem dicentes ipm ꝑperam ꝓceſſiſſe quia aut in illa electõe vel approbatione geſſit perſonam electoris et tũc poſuit falcem in meſſem alienam vtpute quia electio non pertinebat ad legatum ẽ ad ipſos principes. aut geſſerat perſonam cognitoris. i. iudicis et cum ꝓceſſiſſet altera partium abſente. ſ. philippe minime citata iniuſticiam illi fecerit. papa vero hic ſcripſit duci qdam q iurauerat philippo fidelitatem tanq̃ imperatori. primo captando beniuolentiã ꝑncipum dicens ꝙ ad principes illos alemanie de iure et antiqua conſuetudine ptinet electio imperatorum ẽ ipſi debent recognoſcere ſicut recognouerant ꝙ auctoritas examinandi perſonaꝫ electam ſpectat ad papam q̃ eum vngit conſecrat et coronat. Scdo rñdet papa obiectioni q̃ fiebat cõtra legatũ dicens ꝙ nõ ꝓceſſerat vt iudex neqꝫ vt elector ſꝫ vt denũciator nã denũciauit ꝓpter crimina publica ipſius philippi ei⁹ pſonam eſſe indignã ad imperiũ obtinendũ et cũ illi⁹ crimina eẽnt notoria non erat op⁹ pcedere iudicialiter ꝑſertim cum electores illius philippi proceſſiſſent alijs electorib⁹ cõtemptis ⁊ nõ vocatis

Deniqꝫ i tercia pte papa ꝯfirmãdo ꝓceſſum legati declarauit illũ philippũ ducẽ indignũ ⁊ Ottonem electum declarauit idoneũ et ꝙ hoc facere poſſet ꝓbat iure et exemplo vt ptꝫ in litera. Quarto ꝑncipl'r inſerit papa aliã cãm q̃ reddebat illũ Philippũ indignũ vel ei⁹ electõem nõ eſſe admittẽdũ qꝛ pater ⁊ frater immediate ꝑfuerant imperio. vnde ſi iſte philippus nunc obtinuiſſet imperiũ videretur ꝙ non ex electõe ſed ex ſucceſſione deferretur imperiũ Ultimo papa monet iſtum principem cui ſcribit vt oĩno debeat recedere ab illo philippo non obſtante iuramento ſibi preſtito qꝛ cum fuit preſtitum ſibi tanq̃ imperatori illo reprobato ad imperium obtinendum non eſt huiuſmodi iuramentum obſeruandũ Nota ꝑmo ibi in meſſem alienam. ꝙ non licet legato etiam de latere pturbare ꝑuilegium alteri p romanum pontificeꝫ ꝯceſſum. ad hoc bona glo. in. c. pro illoꝝ. ꝟ. de ꝑben. q̃ vult h ꝓcedere etiaꝫ ſi priuilegium ſit clericis conceſſum Iuxta literã vero collige ꝙ nõ licet ponere falcem i meſſem alienã

tempore tamen neceſſitatis licet de quo dic vt in.c.di
ſcipulos.de ꝯſecra.di.v.nec licet trāſire p agꝛ alienū
dño inuito niſi in quibuſdaꝫ caſibus a iure expꝛeſſis de
quo vide glo.i.di.omnes leges.et in.l.diu⁹.ff.ð ſer-
uitu.preci.vbi dicit tex.ꝙ non licꝫ venatoribus ſeu
aucupib⁹ tranſire p agꝛ alienū cauſa venandi ſeu au/
cupandi ¶Nota ſcdo ibi derogauerat dignitati.ꝙ
eligere imperatorem ē dignitas ⁊ ſic notoꝛ⁹ ipſius pn
cipis dicit habere dignitatē vt in.l.vnica.C.ð māda.
pnci.nota.bar.in.l.iij.ff.ad legem iul.repetū.fortius
ipſi electores cenſendi ſunt habere quandā dignitatē
eſt tamen dignitas ſine iuriſdictione naꝫ multis alijs
modis pōt capi dignitas de qbus vide bonā glo.in
c.quia nonulli.de cle.non reſi.et per bar.in.l.i.C.de
dignita.li.xij.et vide qō dixi in.c.de multa.de pben.

¶Nota tercio ibi abſente altera partiū ⁊c.ꝙ pperaꝫ
pcedit iudex etiam ſi ſit legatus pape parte nō citata
vide regulariter nō valet.pceſſus.ix.q.ix.caueant.et i
c.omnia.et in.c.ij.de teſti.quinimo etiam ſnīa ipſius
principis eſt nulla ex defectu citationis vt eſt glo.nō.
⁊ ibi per bal.in.l.fi.C.de legi.facit cle.paſtoralis.de
re iudi.et glo.in.c.fi.de here.li.vi.vide tex.et qō ibi
dixi in.c.i.de cā poſ.et pprie. ¶Nō quarto i ṽ.vez
ibi recognoſcimus vt debemus ar.optimum ꝙ papa
nō poteſt ſine cauſa priuare electores imperij vel ipſo
rum poteſtatem aliquatenus impedire pſertim qꝛ vt
ſubicitur in tex.non ſolum de iure ſ etiam de antiqua
conſuetudine hec poteſtas eis competit pro hoc vide
bo.glo.in.c.ad apoſtolice.de re iudi.li.vi. Item quia
papa non dꝫ ſup iſtis tpalibus ſine maxima cauſa ſe
impedire vt in.c.cauſaꝫ.qui filij ſint legi.nec pũare pt
laicos eorū iure ſibi competenti vt nō.Inno.in.c.in/
quiſitioni.ꝟ.de ſen.excōi.et priuilegium ꝯceſſum ð ſui
natura ppetuū non debet reuocari vt nō.Inno.in.c.
nouit.de iudi. ¶Item nota ibi de iure et antiqua cō/
ſuetudine ꝙ ꝯſuetudo pt ꝯcurrē cū iure cōi et ſic adice
re maius robur ⁊ vinculum ad ipm ius cōe concordat
c.ſopite.de cenſi. ¶Item nota ibi a grecis tranſtulit
⁊c.magnam prerogatiuam ptātis aplice ad imperiū
nam papa poteſt ex cauſa maxima transferre imperiū
de gente ad gentem. ¶Iteꝫ poteſt examinare electū
in imperatorē approbare pſonam vngere ꝯſecrare ⁊ co
ronare ac etiam reprobare ſi opus eſt vt hic. pōt etiaꝫ
ex cā ſupueniēti deponere iā coronatū vt in.c.ad apo
ſtolice pal. Ex quibus omnib⁹ et ſimilib⁹ que plene te
tigi in.c.nouit.de iudi.pt colligi maioritas ſummi pō
tificatus ad imperium ſeculare ⁊ proſequere hanc ma
teriam vt plene dixi in dicto.c.nouit. ¶Item nō ibi
germanos quia theutonici dicūtur germani.quod ex
ponens gl.xxxiij.di.in.c.i.dicit ꝙ ſunt veri germani
.i.veri nobiles.vel ſcōm Io.an. ſic dicuntur a gigno
gignis pp̄ter fecunditatem in generando.eſt enim pa

tria multum generatiua ¶Nota ibi electum in regem
ꝙ pmo quis eligitur in regem poſtea in coronatione
promouetur ad imperium.añ ergo coronatōeꝫ pprie
non ſolet appellari imperatoꝛ.⁊ ſentit hic Io.an.ꝙ eli
gitur in regem.ſ.alemanie.Io.cal.dicit ꝙ melius di/
ceretur romanorum ⁊ ita loquitur tex.in cle.romani.ð
iureiurā.per electionem ergo dicitur rex romanorum
⁊ in coronatione appellatur imperatoꝛ ſimile in epo et
archyepo qui ex ſola electione et etiam confirmatione
non aſſumunt ſeu non conſequuntur nomen epiſcopi
ſeu archyepi.ſed ex ꝯſecratione ⁊ pallij traditione vt i
c.nuſi.de aucto.et vſu pal.⁊ vide glo.in cle.ij.de cele.
miſſ. ¶Nota ibi vngimus ⁊ ꝯſecramus ꝙ ibi impe/
rator ꝯſecratur ⁊ ex h̄ ſumpſerunt qdam argumentuꝫ
ꝙ imperatoꝛ recipit ordinē.ſ.ſubdyaconat⁹ qō repro
bat glo.in.c.valentinianus.lxiij.di.et cōiter doct.hic
vnde improprie dicitur imperatoꝛ conſecrari.proprie
vero conſecratur epiſcopus et imperatoꝛ inungitur.et
de vnctione imperatoris et eius effectu ⁊ aliorum re/
gum vide quod legitur et nota.in.c.vnico.ꝟ.de ſa.vn
ctio. ¶Imperatoꝛ etiam coronat̄ triplici corona fer
rea argentea et aurea.et a qbus coronetur et ſignifica/
tum iſtorum metalloꝝ vide p glo.in cle.romani.ꝑal.
et quatenus tex.hic dicit ꝙ ad papaꝫ ſpectat eum vn
gere ꝯſecrare et coronare.dicit h̄ Io.an.poſt hoſti.ꝙ
cardinalis hoſtienſis imperatorem vngit ex antiq̄ cō/
ſuetudine ex mandato pape ſ papa ſuis manibus euꝫ
coronat corona aurea ¶Nota in ṽ.eſt enim regulari
ter ac generaliter differētiaꝫ inter hec nam regula pati
tur inſtantiam ſeu exceptionem vt nota ſup rubrica.ð
re.iuris.ſed genus comprehēdit ſub ſe oēs ſpecies ſu
as nec eſt dare ſibi exceptionem.mens ergo litere ē ꝙ
ꝯmuniter et vniuerſaliter obſeruatum eſt ⁊c. et nō ſem
per predicta.ergo ad eum ſpectat examinatio. ¶Nota
ibi ſacrilegum vel excōicatum ⁊c.plura crimina impe/
dientia ſeu inhabilitantia ad imperium obtinendum.
q̄ vero crimina deiciant imperatorē iā creatū vide gl.
nota.xviij.di.ſi papa.in fi.q̄ dicit ꝙ omne crimē ſuffi
cit ſi ð eo imperatoꝛ ē incorrigibilis.ſed tu vide Inn.
in.d.c.ad aplice.vbi nota.dicit ꝙ imperatoꝛ ⁊ alij re
ges non debent pũari niſi ex maximis cauſis ſeu deli
ctis quia eoꝫ non poſſint deponi ſine magnis pericu
lis detrahendū ē rigori ar.in.c.latores.ꝟ.ð cle.excōi.
miniſ.vnde concludit ibi Inno.ꝙ ex facilioribus cau
ſis deponūtur clerici q̄ꝫ iſti principes.vide tamē tex.
cum glo.in.c.alius.xv.q.vi.vbi colligitur ꝙ rex fran/
cie fuit depoſitus per papam ex eo qꝛ erat effeminat⁹
.i.nimis ſequebatur mulieres ſm gl.ibi. ¶Nō in ṽ.
obiectioni.ibi denūciatoris officiū ꝙ licet valeat ar.a
ſufficienti diuiſione ſeu partium numeratione vt h̄ in
pn.et in.c.ſi diligenti.ð pſcrip.tamen tollitur hoc ar.
vbi omēs partes ſufficientes numerate nō ſunt nā iſti

principes hic arguebāt ꝙ aut iſte legatꝰ geſſit pſonaꝫ
electoris aut cognitoris et vtroqꝫ caſu male pceſſit ſꝫ
papa cōfutando hoc argumentū adiecit ꝙ nec electo
ris nec cognitoris geſſit pſonam ſꝫ denunciatoris offi
cium exercuit et hoc vltimū membꝝ fuerat obmiſſum
ab illis arguentibus et de hoc modo arguendi et mul
tis alijs vide per bal. in. l. ꝯuenticulam. C. de epiſ. et
cleri. Nota ibi q̄uis plures ex illis ꝛc. ꝙ in electio
puta vt detur aliqua dilatio breuis ⁊ tunc poterit ꝓce

dere id qđ dr̃ de iuramẽto ⁊ ꝑ hoc habes materiã hu
ius. c. ſatis declaratã. Jn glo. fi. ibi ꝓ pte pt̃ confir
mari ⁊c̃. Nota hñ glo. ⁊ dicit gof. ꝙ iudex appellatio-
nis q̃nq; pt̃ etiã ad iudicationes facere. allegat. l. cum
apud. ff. iudica. ſo. vbi bonus tex. ſed ego allego tex.
aptum in. c. cum cã. de re iudi. ĩ fi. et ibi plene dixi q̃li
ter ſe debeat habere iudex ad quem

Quo ad titulũ iſte
**Ex literis.** tex. ſolum dicit duo.
Primo ꝙ etiã ꝯtra ſniam pape reſtituit ec-
cleſia. Scdo ꝙ cã reſtõis ĩ integꝝ dꝫ ptibus pñtibus
tractari. ⁊ diuiditur ĩ tres ptes. Primo ponit petitio
nem eccleſie hylerdeñ. Scdo examiatõem deliberatio
nem ⁊ iterlocutionẽ pape ibi. nos igit. Tercio citatio
nem ptis aduerſe cuꝫ ꝯminatione ꝓceſſus ibi quo cir
ca. Nõ ibi ſe leſam enormiter ꝙ petens reſtõnem
dꝫ ſe fundare ſuꝑ enormi leſione q; ꝓ modica leſione
nõ datur reſtitutio vt dixi in. c. i. s. eo. vñ non ſufficit li
bellanti allegare ſimpliciter ſe eſſe leſum q; poſſet ve
rificari libellus ſuper leſione modica vñ talis libellus
nõ ẽ admittendus. q; non ſufficit aliq̃d allegare in ge
nere qñ q̃libet ſpẽs ꝯtenta ſub genere nõ ꝯcludit intẽ-
tionem allegãtis ſeu libellantis. ad qđ vide bo. tex. iũ
cta glo. in. c. pia. de excepti. li. vi. vbi dr̃ ꝙ non ſufficit
ꝯtra actorem allegare excõicationem ĩ genere q; illud
v̾bũ poſſet verificari ĩ excõicatione minori q̃ nõ repel
lit ab agẽdo. vt ĩ. c. nobis. ď excep. dic tñ ꝙ ſi tal' libel
lus generalis admitteretur vt poſtea probaretur leſio
enormis deberet ꝓcedi reſtõ. ad hoc. l. fi. ⁊ qđ ibi nõ.
C. de annali exceptõe. ⁊ qđ dixi ĩ. c. fi. ď li. ob. Nõ
tercio ꝙ lꝫ a ſnia pape nõ poſſit appellari vt in. c. cun
cta ꝑ mũdũ. ix. q. iij. tñ pt̃ cõtra illã ꝑ iſtum tex. peti ĩ
integꝝ reſtõ rõne leſionis vl' ex cã iuſta. an aũt debeat
ſupplicari an peti reſtitutio dicã infra. Tercio nota
ꝙ legat⁹ etiã cardinalis non pt̃ ꝯcedere reſtitutõnem ĩ
integꝝ etiã eccleſie ꝯtra ſniam pape. ſolus ergo papa
dꝫ adiri. vñ legat⁹ h̃ cognouit ex delegatõe pape. licet
cã eſſet infra limites ſue legatõis. Rõ q; reſtõ ĩ integꝝ
ꝯtra ſniam dꝫ tractari corã ſuꝑiore ipſius ſniantis. vt ĩ
l. i. C. vbi. ⁊ apud quẽ. Jtẽ inferior non pt̃ reſcindere
ſniam ſuꝑioris vt ĩ cle. ne romani. de elect. Ex quo in
fero. ꝙ vicari⁹ epĩ non pt̃ etiã ex cã reſtituere in integꝝ
ꝯtra ſniam epĩ. ſecus in epo reſpectu ſnie ſui vicarij vt
dixi. s. c. pxi. Quarto nõ practicã libellãdi cũ pe-
titur reſtõ ĩ integꝝ contra ſniam vt colligitur h̃ ĩ v̾bo
mag ſter. a. ⁊ videbatur iſte petijſſe duo ſcꝫ ſniaꝫ ĩ me
lius reformari. i. ſententia retractata aliã cum forma
meliori ferri. i. magis iuſticie conſonam. Jtem petijt
eccleſiam hylerdeñ. reſtitui ſuꝑple ad audientiaꝫ cauſe
⁊ ſic videtur innuere iſta lr̃a ꝙ poſſet quis ĩ h̃ iudicio
intentare duo remedia ſcꝫ officium iudicis reſpectu re
ſtitutionis et primam actõnem inquãtum petebat aliã

ſententiam ferri. ꝛ ſic videt̃ ꝙ officiũ reſcindẽs ꝛ actio reſciſſoria poſſint ſimul i eodẽ iudicio accumulari. Contrariũ tñ inuit tex. i fi. in verbo quo circa. et qd iuris ſit .ĩ. dicã. Quinto nõ ibi cũ fratrib⁹ nr̃is ꝛ alijs ꝙ papa ſumit q̃nq; ↄſilium: nõ ſolũ a cardinalib⁹ ſ etiã ab alijs puta viris ſcientificis. vñ papa dr̃ habere oĩa iura i ſcrinio pectoris propter valentes viros q dñt ſibi aſſiſtere. vt nõ. in. c. i. de ↄſti. li. vi. ꝛ. xxiij. di. preterea.

Sexto notã ꝙ papa ex tp̃is neceſſitate fert q̃nq; ſniam nõ oĩno iuri ↄſonam. q̃nq; vero ex ſurreptiõe ꝑtium dʒ tñ ꝓceſſu tp̃is talis ſnĩa reformari. Et idem dic i ꝑuilegijs diſpenſationib⁹ ꝛ alijs diſpoſitõnibus pape. vt ſi ex neceſſitate tp̃is aliq̃d fecit poſſit ꝛ debeat ceſſante neceſſitate illud retractare. facit. c. nõ debet de ↄſangui. ꝛ affi. ꝛ. lxiij. di. in. §. verũ. Septimo nõ etiã cõtra ſniam ſnĩa bis ↄfirmatã pt̃ ꝑnceps cõcedere reſtõnem i integꝝ. Ex quo infero ꝙ lʒ tercio nõ poſſit appellari vt in. c. ſnã. de appel. pt̃ tñ ꝑncipi ſupplicari vt ꝑuiã ſupplicatõis debeat examinari tercio iſtã cã. ꝛ pt̃ ꝑnceps hãc ſupplicatõem ex ſua ſola benignitate admittẽ q2 ex ſolo rigore iuris ꝓceſſit vt tercio ñ liceret appellare ergo ꝑnceps q̃ ẽ ſupra ius pt̃ cõtra illõ ius diſpenſare ſupplicatõeʒ admittendo. ar. in. c. ꝓpoſuit. de ↄceſ. ꝑben. ꝛ vide notabile dictũ Inno. in. c. cũ ad monaſterium. de ſta. regu. vbi dixit ꝙ ex ſola voluntate poteſt diſpenſare ꝑnceps cõtra ius poſitiuũ de q̃ tu vide qõ dixi i. c. de multa. de ꝑbẽ. Octauo nõ ibi videbat̃ inſtructus tex. nõbilem ꝛ menti tenendũ ꝙ oritur preſumptio iniuſticie ↄtra ſniam latã a iudice illico i ꝑn. ſui officij. vel qñ ita ſero recepit acta ꝙ nõ potuit plene inſtrui de meritis cauſe ꝛ lʒ ſoleat allegari iſte tex. ad ↄfirmandum dictuʒ bar. in. l. ꝓlatam. C. de ſen. tñ mihi vid̃r ꝑma frõte ꝙ tex. iſte deſtruat doctrinã ſuaʒ nã ipſe concludit ꝙ ſnĩa lata a iudice min⁹ inſtructo de meritis cauſe ẽ nulla. cui⁹ ↄtrariũ apte inuit iſta lr̃a. nã ſi iſta ſnĩa fuiſſet nulla nõ oportuiſſet diſputare ſup reſtitutione ergo iſta lr̃a ſolũ ꝓbat ꝙ talis ſnĩa ꝑſumitur iniuſta ꝛ adminiculat̃ ad reſtõem cõcedendã. ſ ſaluando dictũ bar. poſſem⁹ dicere ꝙ vbi iudex tulit ſniam ꝓſus ignarus de meritis cauſe q2 de ſero recepit multa acta intricata ꝛ de mane tulit ſniaʒ ꝛ tũc pt̃ dici nulla. q2 lata ſine cauſe cognitõne vt nõ. in. c. eccleſia. de ↄſti. aut non tulit ſniam ita ꝓpere ſ infra tp̃s breue. et tũc ſnĩa tenet. ſ oritur ꝑſumptio q̃dam iniuſticie et ita itelligatur iſte tex. nam reſpectu pape vnius mẽſis erat tp̃s breue ad decidendã q̃õnem difficilem non tamẽ ẽ impoſſibile inſtrui .ĩ. menſem de meritis cauſe vt h̃ nota. Nono nota ꝛ tene mẽti ꝙ etiã i hoc iſte tex. ẽ valde nõbilis ꝙ ſi iudex in ſnĩa exprimit vnam cãm falſam cũ ↄditõe ꝑcipue ſeu ꝑſertim ita ꝙ videat̃ motus ex plurib⁹ cauſis. ſ maxime ꝑ cãm expſſam ꝙ lʒ tractu tp̃is iſta cã appareat falſa non ꝓpter h̃ ſententia

eſt nulla maxime qñ cã eſt allegata ↄtra ius litigantis tñ vt hic erat. ꝛ lʒ ſoleat allegari iſte tex. ꝙ ſnĩa ex h̃ capite ſit nulla qõ vid̃r innuere do. an. in. c. in ꝑñtia. de renun. tñ iſte tex. apte ꝓbat ↄtrarium q2 hec cã ſolũ allegabat̃ ad cõcedendã reſtõnem i integꝝ. ſ butrica. in l. ij. ff. ex qui. cau. irro. infami. tenuit ꝑmũ dictũ generali⁹ ꝙ ꝑ dictõnem ꝑſertim ſeu ꝑcipue tolleret̃ ſnĩa lʒ cã expſſa ſit falſa. quia illa dictio includit iudicẽ fuiſſe motũ ex alia cã de quo vide qõ plene dixit in. c. ſicut. de re iudi. vbi exaĩo iſtũ articulũ. Itẽ nõ ꝙ cũ dubitat̃ de falſitate ꝑuilegij dʒ recurri ad regiſtꝝ pape. ꝛ eſt regiſtꝝ locus vbi reponũtur ſcripture ſuꝑ reb⁹ geſtis ſicut i ſimili recurrim⁹ ad ꝓthocollũ nõꝛij qñ dubitatur de falſitate inſtrumẽti. vt i. c. qm̃ ↄtra. de ꝓba. Ultimo nõ ꝛ põdera lr̃aʒ i v̄bo quo c̃ca ꝙ ꝑus examinat̃ cã reſtõnis ꝛ poſtea illa cõceſſa negociũ ꝑncipale. Ex h̃ innuit lr̃a ꝙ negociũ ꝑncipale ꝛ reſtitutio i integrum non dñt inſimul examinari qõ an ſit verũ .ĩ. dicam. In glo. ij. in ꝑn. aduerte q2 glo. iſta i ꝑncipio vid̃r velle ꝙ celeſtin⁹ indulſerit reſtõem. ꝛ idem ſentit i fi. glo. lʒ dicat ibi ꝙ hoc fecerit ex gr̃a glo. tñ in v̄bo reſtitui. et in v̄bo cõmittendum ſentit oppo. ꝛ ad tex. r̃ndet ꝙ celeſtinus nõ includit reſtõnem. ſ ↄmiſit cãm an reſtõ eẽt dãda. Inn. etiã ſentit hũc itellectũ. dicit eñ ꝙ cũ i integꝝ reſtõe ſit iuris ordo ſeruandus. ꝛ cã cognita expedienda ꝑſuppoſito ꝙ ↄſtaret de mãdato celeſtini tñ illud mandatũ cũ fuerat factũ extra iudiciũ ꝛ ſine cauſe cognitõne non habuit vim ſnĩe. ar. l. ij. ꝛ. iij. C. comi. vl' epo. ꝛ i. l. ex ſtipulatõe. C. de ſen. Ex h̃ dicto Inn. nõ ſingulariter ꝙ mandatũ pape factũ ſine cãe cognitione i cã q̃ reqrit ſniam ꝛ cauſe cognitõem non habet vim ſnĩe. ꝛ ſic nõ valet niſi aliter appareat de certa ſciencia pape. ꝛ h̃ facit ad multa. Sʒ circa queſtionem ꝑncipalem non ẽ vtile inſtare q2 papa hic voluit dicere an celeſtinus per illa verba dederit reſtõnem vel ne. ſʒ diſtulit deciſionem donec partes eſſent ꝑñtes. nec mutatur itellectus huius. c. q̃lemcũq; ꝑtem teneamus. naʒ ſi tenemus ꝙ celeſtin⁹ indulſerit reſtõneʒ debemus ꝑſupponere ꝙ ex aliq̃ iuſta cã audiuit eccliam hylerdeñ. p⁹ q̃driẽnium vt ſtatim .ĩ. dicam. Et in fi. gl. hec gl. i effectu ſoluit contrarium ꝙ h̃ non fuit data reſtõ p⁹ q̃driennium ſed papa cõmiſit cãm vtꝝ eẽt danda. ſed tu aduerte ad duo ꝑncipaliter. Primo q̃uo fuit admiſſa eccleſia hylerdẽ. tp̃e anaſtaſij cuꝫ tp̃e eugenij q vixit octo annis nunq̃ fuit petita iſta reſtõ. Scd̃o qualiter auditur nunc tempore Inn. cum a tp̃e eugenij qui tulit ſententiam eſſent lapſi. xlv. anni. Ad ꝑmum dicũt quidam vltra glo. ꝙ eccleſia hylerdeñ. petijt reſtitutionem etiam tempore eugenij. ſed non fuit audita hec ſo. diuinat. quia in littera de hoc nihil dicitur. Inſto. dat aliam ſol. dicens ꝙ tp̃s eugenij q tulit ſententiaꝫ non currit i quadriennio. ſicut eñ tempus ꝓlati male

alienantis nõ currit i iſto quadriẽnio vt i. c. ſi ſacerdotes. xvi. q. iij. et eſt etiã tex. iuxta gl. fi. in. c. i. e. ti. li. vi. ita nec tp̃s male ſentenciantis currit i q̃driẽnio indulto ad petendũ reſtõem ⁊ ẽ dictũ ſatis notãdũ. ꝟ intelligo ꝙ nõ fuit eccleſia auſa ꝓpter veriſimilẽ timorẽ petere tunc reſtõem vtputa q: reſtitutio fundabaẗ ſup iniuſticia ſnie ⁊ p̃latus nõ erat auſus dicere pape ꝙ iniuſte p̃nũciaſſet Et idẽ puto dicendũ i alio iudice ḋ quo veriſimiliter timereẗ ar. in. c. ſi de appel. ſecus dicerẽ vbi ceſſaret ꝓbabilis timor. vtputa q: petitio reſtõis fundatur nõ ſup iniuſticia ſnie. ꝟ ſup alic extrinſeco. nam tũc etiã ab eodẽ papa q tulit ſniam p̃t ꝓbabiliter peti reſtõ i inte. ad hoc allego tex. in. c. pxi. ⁊. e. co. auditis hoſti. ſol. cõtrarium p̃cipale aliis duob⁹ modis. Et p̃mo ꝙ h̃ agebatur de falſitate inſtroꝝ ⁊ q̃ſtio falſi p̃t intentari. etiã poſt q̃driẽniũ vt i. c. cũ venerabilis. ḋ exceп. ⁊ i. l. querelã. C. de fal. cum ſi. Hec ſo. ẽ vera in ſe ꝟ non quo ad tex. noſtꝝ quia ex q̃cunq; cã petaẗ reſtõ dꝫ peti. ĩ. q̃drienniũ. cũ ſit illud bñficium extraordinariũ vt in. l. fi. C. de tempo. i inte. reſti. ⁊. c. i. co. ti. li. vi. dictũ v̉o hoſti. ꝓcederet qñ qs directe ageret contra ſniam reſpectu falſitatis. Scd̃a ſo. ſua eſt ꝙ h̃ petebaẗ reſtõ iure maioris. ſ. ex iuſta cã ad q̃ꝫ petẽdi ⁊ obtinẽdam nõ ẽ p̃fixum tp̃s. tẽpus eñ q̃driẽniũ eſt p̃fixum ſm eum reſtõni q̃ petiẗ iure minoris. Rõ diuerſitatis ſm eũ ẽ q: reſtõ q̃ ꝯpetit iure maioris pendet ex mero iudicis officio magis q̃ꝫ ab inſtantia petentis. Sed reſtitutio q̃ conceditur iure minoꝝ pendet magis a iure cõi. ⁊ ab inſtantia petentis. q̃ꝫ officio iudicis. Jd autẽ qḋ expeditur ex puro ⁊ mero iudicis. officio non claudiтur tpe. q: iudex p̃t meꝝ officiũ ſuũ impẽdere ⁊ exercere q̃ñcunq; ⁊ cum hac ſolutõe tranſeũt recitãdi Jo. an. ⁊ do. an. Sed ꝑfecto hec ſolutio nõ eſt vera nec ꝯli quo iure ꝓbatur imo tex. vid: in oppoſitũ in. d. l. fi. C. de tẽpo. in inte. reſti. vbi ḋ: ꝙ oĩs reſtõ clauditur quadriẽnio ſiue ꝯpetat maiori ſiue minori ⁊ apte compꝑi ꝙ hanc opi. tꝫ bar. in. l. fi. C. ex qui. cau. ma. vbi dicit ꝙ officium iudicis reſcindens claudiẗ q̃driẽnio ⁊ alle. d. l. fi. Jdem in q̃õne facti tenebat Bal. vt hic recitat do. cardi. lꝫ q̃dam do. Gal⁹ q legibat tunc padue ius canonicũ teneret ꝯtrariũ allegãdo iſtud dictũ hoſti. Sꝫ do. cardi. tꝫ p̃mũ qḋ puto verius p. d. l. fi. nec vt dixi dictũ hoſti. ꝓbatur iure. nec rõ ſua mihi placet. nã puto totũ oppoſitũ ꝙ magis dependeat a iure reſtõ q̃ cõpetit iure maioris. q̃ꝫ illa q̃ ꝯpetit iure minoris. nam i p̃ma cõcedenda dꝫ cõcurrere enormis leſio ⁊ iuſta cã. ꝟ in ſcd̃a ſufficit leſio enormis vt dixi. e. c. px. vñ p̃tor motus ex edicto ſuo dedit vtilẽ actõem maiorib⁹ ex iuſta cã vt in. l. i. ff. ex qui. can. ma. ⁊ p h̃ faciẗ qḋ nõ. gl. e. co. c. i. in v̉. reſtituim⁹ ⁊ h̃ quo ad p̃mum reſpectum Reſpectu vero ſcd̃e op. q̃liter. ſ. audiaẗ nũc eccl̃ia hylerdẽ. tpe Jnn. cũ effluxerant. xlv. ãni. gl. dat bonam ſo. quã nõ. dicit eñ ꝙ ex quo nõ deficit p eccleſiaꝫ vt ptꝫ ex variis ꝯmiſſionib⁹ p eã impetratis lapſus q̃driẽnij ſibi nõ obſtat Et ex hoc nõ ꝙ iſtud q̃driẽniũ indultum ad petendã reſtõnem nõ currit impeditis ex facto iudicis vel aduerſarij vñ lꝫ q̃driẽniũ deẗ a iure ad petendã ⁊ finiendã cãm reſtõnis vt ẽ tex. aptus i de. vnica. co. ti. tñ ex quo nõ deficit ꝑ pte q̃ cũ petit reſtõnem quãtũ p̃t non dꝫ ſibi p̃iudicari ſi nõ finiaẗ ĩ. q̃driẽniũ qḋ apte tenuit glo. in. d. cle. vnica. ⁊ Jo. an. h̃ facit optime i ar. l. fi. i fi. C. de adul. ⁊. l. ſi cũ ipe. ꝯiũcta. l. p̃cedenti. ff. de exca. tuto. ⁊ qḋ ibi nota. quicq̃d ergo ſit in aliis tpibus tñ iſtud q̃driẽniũ hꝫ a iure hãc naturaꝫ lꝫ aliq̃ voluerint ꝯtrariũ ꝟ p p̃mo vltra p̃dicta ego allego tex. i. c. i. e. ti. li. vi. vbi ḋ: ꝙ eccl̃ia nõ audiẗ p⁹ q̃driẽniũ ſi negligẽter omiſit. ĩ. q̃driẽniũ petẽ ⁊c̃. vñ põdera v̉bũ ſi negligẽter. q̃ illḋ tp̃s q̃driẽnij currit ſolũ negligẽti ñ aũt ñ volẽti. ⁊ p h̃ tex. h̃ ex his habes plene declaratã iſtã gl. Jn gl. i v̉ a pte vr̃a. in fi. ex iſta glo. colligũtur tres itellect⁹ ad v̉. ꝟ illa nitenḋ ⁊c̃. ⁊ lꝫ itellectus iſti ſunt veri i ſe tñ nõ ꝯgruũt multũ litere q̃ inuit ꝙ papa credidit p̃uilegiũ eẽ falſum cũ tñ ꝯtrariũ poſtea apparuit in regiſtro. Jdeo do. an. dat aliũ itellectũ ad illũ v̉. ꝙ eccleſia hylerdeñ. ꝓduxerat p̃uilegiũ ꝑ ſe qḋ eccleſia oſeneñ. dixit falſum. ⁊ ad hoc ꝓducit aliq̃s ꝓbatões q̃ mouerũt papã eugeniũ ad ſententiãdũ cõtra eccleſiã hylerdeñ. Sꝫ Jnn. corã quo erat nũc qḋ repit in regiſtro qḋ illud p̃uilegiũ nõ erat falſum quia i regiſtro erat tenor quẽadmodũ i illo p̃uilegio ⁊ iſte itellectus magis ꝯuenit lr̃e ⁊ mihi placet ⁊ tunc opteт tenere aliã literã vt dicaẗ a pte altera ꝓductũ ⁊c̃. q: papa loq̃tur h̃ eccleſie oſeneñ. ideo verbũ a pte vr̃a non hñ̃ſtaret ſm iſtũ itellectũ. Jn gl. in v̉. oſtenſuri. in fi. ⁊ dic ſm hoſti. ꝙ eccl̃ia hylerdeñ. habebat p̃ſumptionem p ſe rõne illius p̃uilegij qḋ fuit repertũ incorrectũ. Jdeo on⁹ ꝓbandi ꝙ non erat danda reſtõ incũbebat alteri pti. Jn glo. pe. ibi multa enim ꝓpter diſtãtiam ⁊c̃. Vult ergo glo. ꝙ peremptorium potuit h̃ mitti p̃ma vice ꝓpter difficultatẽ geminãdi citationes ꝯtingẽtes ex viaꝝ lõga diſtãtia debẽt tñ tũc ſm hoſti. ⁊ Jo. an. apponi tres termini in ꝑemptorio. ſꝫ tu vide practicã p glo. in. c. ꝯſtõnem. de ſen. ex. li. vi. ⁊ tene illam menti et ex hoc ſentiũt glo. ⁊ docto. ꝙ ceſſante cã non poteſt mitti ꝑemptoriũ p̃ma vice. ꝟ cõtrarium eſt veꝝ dũmodo ꝑemptoriũ habeat terminũ ꝯpetentem maxime cũ interuallis terminoꝝ iuxta nota. in. d. glo. ⁊ hoc vltimũ ſentiunt doc. in. c. i. de dila. vbi vide. naꝫ ꝑemptorium ⁊ tres citationes regulariter equiparantur vt in. c. de illicita. xxiiij. q. iij. et in. l. cõtumacia. ff. de reiudi. vide tñ limitatõnem quã poſui. c. ex tue. de cle. non reſi. ⁊ vide bonam glo. in cle. i. de vi. ⁊ hone.

Jn glo. fi. in fine. nota gl. que videẗ inclinare i partem affirmatiuam vt lis ſit cõteſtanda in cã reſtitutõis

⁊ reliqꝰ iuris ordo ſeruandus de quo vide ſpecu. per
gl.⁊ qḋ ibi dixi i.c.ij.de offi.iudi. Inn.h dixit ꝙ ſi pe
titur reſtō ↄtra ↄtractū ē iuris ordo ſeruādus vt detur
libellus ⁊ fiat ↄteſtatio ⁊c. Sꝫ ſi petiť ↄtra ſniam ⁊ ſic
ↄtra actū iudicialē expediēda ē cā ſummarie qꝛ h caſu
nō ↄſequiť reſtitutꝰ aliqḋ lucꝝ ſꝫ ſolū patuit ſibi via ad
negotiū pncipale.dicit tñ tutꝰ tenendum ꝙ etiā i hoc
cāu fiat litis ↄteſtatio ⁊ ſic tranſeūt h doct. Sꝫ tu vide
bar.in.l.fi.ff.ex qui.cau.ma.vbi recitat h dictū Inn.
⁊ reſpectu pmi mēbri illud approbat.ſꝫ quo ad ſcḋꝫ di
cit ſe putare ꝙ ſi petiť reſtō ↄtra ſniam diffinitiuaꝫ dꝫ
lis cōteſtari ſi ptes ſunt pñtes qꝛ hec reſtō hꝫ vim ap
pellationis ſeu illi equipollet.vñ ſicut i cā appellatōis
dꝫ lis ↄteſt.pñtibus ptibus vt in.l.vnica.C.ne lice.in
vna eademqꝫ cā.⁊ in.c.ꝑ tuas.vbi dixi.de appel.ita i
hac cā reſtōnis.Sed ſi ps eſt abñs ↄtumaciter tūc pu
tat ꝙ ꝓt ꝓcedi lite nō ↄteſ.ꝑ tex.i auč.ſi nō oēs.allega
ta i glo.mihi placet primū dictū bar.quia data pñtia
ptium,dꝫ lis cōteſtari ex quo petitur reſtō cōtra ſniam
pncipaliter vidꝫ ꝓbari i.c.ij.de offi.iudi. ⁊ h i fi. nam
h petebať reſtō cōtra ſniam. et papa cōminať pti ꝙ ſi
nō ↄparuerit ꝓcedet quātū de iure poterit ꝗſi ad ſentē
tiam nō poterit ꝓcedi ex quo lis nō erat cōteſ. Et ex h
dico ꝙ ſcḋm dictū bar.nō ꝓcedit i eo ꝙ voluit ꝙ da-
ta abñtia poſſet ꝓcedi lite nō ↄteſ.nā regula iuris ē cō
tra eum qꝛ ois cā ē plenaria.ex quo affert graue ꝑiudi
ciū vt nō.glo.in.l.iudices.C.de iudi.⁊ ipſemet bar.in
extrauag.ad reprimendā i ꝟ.ſummarie.ſꝫ ꝙ retractare
tur ſnia non ꝓt dici ꝙ nō inferať graue ꝑiudiciū.Non
ob.auč.ſi nō oēs.ꝑ eā alle.qꝛ illa ꝓcedit qñ petitur re
ſtitutio nō cōtra certā ꝑſonā ſꝫ i genere contra oēs qui
pñt ꝓtendere intereſſe ſicut petit minor cū vult reſtitui
aduerſus aditā hereditatē vñ ſi nemo ↄparet ñ ē dare
ptem aduerſam qꝛ nemo vidꝫ velle ꝓtendere intereſſe
ſecꝰ qñ reſtō imploratur cōtra certā ꝑſonam vt hic ⁊ in
d.c.ij.de offi.iudi.Sꝫ dubiū ē circa ꝓbatōem fiendaꝫ
vtꝝ requirať plena probatio i hac cā reſtōnis Inn.re
fert hic duas opi.cōtrarias.nā ꝗdam dixerunt ꝙ vbi
qs petit ſolū reſtitui cōtra aliqḋ obſtaculū ſatis eſt ꝙ
ꝓbet ſemiplene ſeu colorate leſionē.ſꝫ vbi vltra reſtōēꝫ
intendit aliqd ↄſequi puta vt retractetur ſnia ⁊ alia me
liori forma ferať tūc opꝫ plene ꝓbare Alij dicunt ꝙ
ſemꝑ reqritur plena probatio.⁊ vidꝫ hec opi. placere
Inno.et eam ſequor.Et primo adduco.c.i.s.eo.vbi
dicitur ꝙ de leſione debet manifeſte conſtare.ad idem
adduco.c.ex lr̃is.s.eo.vbi ꝓbať ꝙ fundās ſe impedi-
mēti cā dꝫ illā plene ꝓbare niſi cā ſit fauorabilis vt ibi
dixi ⁊ ſolū ibi petebatur reſtō ſnie.vñ ꝑ illa duo capi-
tula cōcludo ꝙ ſiue petatur reſtō iure minoꝝ ſiue petať
iure maioꝝ dꝫ cā ſuꝑ qua fundatur reſtō plene ꝓbari.
Et adde ad ꝑcedentē qōem gl.nō.quā puto ſingularē
I.c.ſe.i ꝟ.monaſteriū.ꝗ dicit ꝙ qñ petitur reſtō ↄtra

ſniaꝫ incōtinenti.i.ante lapſum.x.dieꝝ dꝫ peti incidē
ter ⁊ non pncipaliter.⁊ ſi illa glo.eſſet vera ꝓt inferri ꝙ
qñ petitur reſtitutio ↄtra ſniam incōtinenti nō ē opus
litē ↄteſtari,qꝛ tūc fit cōteſtatio qñ petitur pncipaliter
⁊ nō incidēter vt ē tex.in.d.c.ij.de offi.iudi.⁊ ſic ſcḋo
mō poſſet limitari dictū Inn.⁊ bar.de quo vide i ꝑce
denti qōne.Extra gl.op.ↄtra tex.⁊ vidꝫ ꝙ non debuit
peti reſtitutio i integꝝ ſꝫ debuit appellari qꝛ remedium
extraordinarium ceſſat qñ cōpetit ordinariū vt in.l.in
cauſe.ff.de mino.So.dicit Hoſ.ꝙ hic nō poterat ap
pellari cū ſnia fuiſſet lata a pncipe.vt.ix.q.iij.in.c.cū
cta ꝑ mundū.⁊ in.l.vnica.ff.a qui.ap.non li. nec ob.
ſꝫm eū ſi dicatur ꝙ poterat ſupplicari qꝛ aduerſus ſen-
tentiam principis admittiť ſupplicatio vt in auč.ꝗ ſup
plicatio.C.de ꝑci.impa.offe.⁊ in corpe. vñ ſumiť qꝛ
ſupplicatio ē remedium extraordinariū.⁊ ex hoc dicto
Hoſſ.nō.duo.Primo ꝙ vbi cōpetunt duo remedia
extraordinaria vnū nō tollatur ꝑ reliquū.ſꝫ ꝓt qs intē
tare,quod placet.ad hoc qḋ legitur ⁊ nota.in.l.ſi cuiꝫ
exceptione.ff.qḋ me.cā.Secundo nō ⁊ tene menti ꝙ
aduerſus ſniam pncipis competunt iſta duo remedia
extraordinaria ꝓt ergo ↄdemnatus per pncipem pete
re reſtōem vel ſupplicare contra illā ſniam.ſed aduerte
qꝛ Inn.hic in ꝟ.ſupplicatōem ſentit oppo. dicit enī ꝙ
nō auditur qs contra ſniam principis niſi ꝑ ſupplicati
onem et ſic non hꝫ locū petitio reſtitutionis i integrū
qḋ clarius voluit I.c.ꝑxi.Doc.nihil dicūt qꝛ nō pō-
derarūt hāc cōtrarietatē.Sꝫ ꝓ concordia dicerem ſic
ꝙ aut ↄtra ſniam pncipis nō allegať aliq̃ cā puta mi
nor etas vel fauor eccleſie vel aliq̃ alia ꝓbabilis cā ex
trinſeca accedens.ſꝫ ſolū qꝛ non poteſt appellari a ſnia
pncipis ⁊ tūc ñ dꝫ peti reſtitutio ſed dꝫ intentari reme
diū ſupplicatōis qꝛ ſupplicatio innitiť pure gratie ⁊ be
nignitati pncipis.ideo ex quo nulla iuſta cā ꝓtenditur
dꝫ fieri ſupplicatio.ſꝫ vbi allegareť cōtra ſnia aliq̃ ꝓba
bilis cā.vtputa minor etas vel fauor eccłie vel qꝛ ↄdē
natus erat apud hoſtes ⁊ nō poterat ↄparere tpe ſnie
vel qd ſimile ꝓt peti tunc reſtitutio in integꝝ Ratio qꝛ
reſtitutio in integrum innitur iuſticie hꝫ tñ annexā gra
tiam vt dicā in.c.ſe.et iſtud remedium ē datum a iure
ꝓpter cām ꝓbabilem.vñ ipſemet princeps ex cauſa in
dulſit beneficiū reſtitutionis vt.s.c.proxi.ergo apud
eundem poteſt peti iſta reſtitutio cum princeps de ho
neſtate debeat obſeruare leges ſuas vt in.l.princeps.
ff.de legibus.et in.l.digna vox.C.eo.facit.c.cū oēs.
de conſti.⁊ in hoc proprie loquitur iſte tex.cum.c.ſe.
⁊ in hoc caſu ꝓt etiam ſupplicari Sed in pmo cāu vbi
nō pretenditur iuſta cauſa extrinſeca nō incurrit reme
dium reſtitutionis qꝛ illud vt dixi ē fundatū ſuper iniu
ſticia cāe vt in.l.i.ff.ex qui.cau.ma.⁊ i.l.i.ff.d mino.
⁊ hāc puto ipam veritatē ⁊ reducāť ad cōcordiam iſta
iura.ſed inſtat goff.circa ſententias inferiorum ꝗliter

poſſit aduerſus eas peti reſtõ cũ ꝗ poſſit appellari ⁊ re
ſpõdet nõnter ꝙ tũc nõ daꝛ remediũ minoꝛi extraoꝛdi
nariũ qñ ẽ mũtꝰ ipo iure ⁊ ita loqꝛtur lex .i. cauſe. vtputa
qꝛ ſnĩa vel cõtractus ẽ nullꝰ. ſꝫ qñ actꝰ tꝫ teneꝛ appella
re. vñ cũ nõ ſit nũtꝰ ipo iure poterit petere reſtõem licet
poſſit appellare. ⁊ tene menti hoc dictũ ꝙ minoꝛ vl' ec
cleſia pt iure ſpãli petere reſtõem aduerſus ſnĩam licet
poſſit appellare ab illa ſnĩa. ⁊ ſic ſimpliciter ẽ limitãdꝰ
tex. in. c. i. ⁊. ij. eo. ti. li. vi. Item nota optimã limitatio
nem ad illã regulã ꝙ non ꝯpetit remediũ extraoꝛdinariũ
qñ daꝛ oꝛdinariũ vt ꝓcedaꝛ qñ ipſo iure qs ẽ tutus ꝑ
remedium oꝛdinariũ. Secus aũt ſi haberet intentare
aliud remediũ. Item dic ꝙ pignius ſuccurritur per re
mediũ reſtõnis ꝗꝫ remediũ appellatõis quia obtenta
reſtõne nõ hꝫ nouã inſtantiam inchoare nec adire aliũ
iudicẽ foꝛte remotũ ergo ꝑ remediũ oꝛdinariũ nõ toli
tur iſtud ex quo pignius ꝓuidet vt dixi. s. eo. ex literis
Quero attingendo difficilem ⁊ vtilẽ glo. Inn. nũqd
petens reſtõem ꝯtra ſnĩam vel ꝯtractum ſeu ꝑſcriptio
nem poſſit intentare ſimul actõem ꝑmã ita vt poſſint
ꝯcurrere iſta duo remedia ſimul. pone exemplũ. Pete
bam domũ a te. fuit lata ſnĩa ꝯtra me. ego minoꝛ vl' ec
cleſia peto reſtõem ꝯtra iſtam ſnĩam nunqd poſſum ſi
mul intentare ⁊ ꝓſequi ꝑmam actõem petendo etiam
iſtã domũ mihi adiudicari. ⁊ ſolet iſta qſtio foꝛmari ꝑ
alia verba magis obſcura videlicet nũqd officium re
ſcindens ⁊ actio reſciſſoꝛia pñt ſimul intentari q̃ voca
bula ſunt multũ obſcura ꝑſertim iuuenibus. Sed colli
gendo dicta doct. maxime bar. in. l. fi. C. ex qbus cau.
ma. ⁊ in. l. ab hoſtibus. ff. eo. dic ꝙ officiũ reſcindens
ꝓprie ẽ officiũ iudicis ꝑ qd petiꝛ reſtõ i integrum ⁊ dꝛ
reſcindens ab effectu qꝛ reſcindit obſtaculum ꝯtra qd
petitur reſtõ. vñ ꝯclude ꝙ ſiue reſtõ petaꝛ iure minoꝝ
ſiue maioꝝ ſemꝑ reſtõ imploꝛatur ꝑ officiũ iudicis et
nõ iure actõnis ſicut qdam voluerunt. ad h̃ tex. in. l. ſi
qs ſtipulatus. ff. ex qui. ca. ma. ⁊ firmat Bar. in. d. l.
ab hoſtibus. lꝫ aliud ⁊ minus bene ſenſerit gl. s. eo. c
ij. ⁊ facit. l. i. ff. ex qui. ca. ma. Actio vero reſciſſoꝛia eſt
ꝑma actio q̃ ꝯpetebat añ obſtaculũ puta añ ſnĩam cõ
tra me latã vel ante ꝑſcriptõem ꝯpletã vel qd ſimile. ⁊
dꝛ reſciſſoꝛia nõ ꝙ ſit nomẽ actõis. ſꝫ ẽ q̃dã adiectiua
tio ad ꝑmã actionẽ vñ actio illa ꝑma hꝫ illd nomẽ qd
ꝑus habebat. ⁊ dꝛ reſciſſoꝛia qꝛ ſuꝑ ea facta ẽ reſciſſio
ꝑ reſtõem in integꝝ vel qꝛ ꝯpetit nunc ꝑ reſciſſionẽ ob
ſtaculi ſicut Imꝑatoꝛ dicꝰ ẽ ceſar qꝛ ceſus i vẽtre ma
tris. Item dꝛ auguſtꝰ ab augendo iura imꝑij ita iſta
actio antiq̃ dꝛ reſciſſoꝛiã qꝛ vbi ꝑmo erat inutilis ꝓpꝛ
ꝑſcriptõem vel ꝓpter ſnĩam vel erat ſublata nũc efficiꝛ
efficax ⁊ vtilis ꝑ reſciſſionẽ obſtaculi factã bñficio reſti
tutionis. Nã reſciſſa ſnĩa lata ꝯtra me intẽto ꝑmam
actõem q̃ mihi ꝯpetebat ſiue illa eſſet ꝑſonalis ſiue re
alis. His ergo viſis venio ad principalem qõnem

nunqd poſſint ſimul intentari Inno. obſcure ꝓſequiꝛ
ꝑſertim i ꝑma pte glo. Sed in ſcda pte loqtur magis
clare ⁊ ꝯcludendo clarius mentem ſuaꝫ nõ inſtãdo in
verbis ſꝫ i mentẽ dic ꝙ qñqꝫ petens reſtõnẽ nõ inten
dit aliud ꝓſequi vltra reſtõem petitã ⁊ tũc nõ opꝫ ali
qd inueſtigare vtrũ poſſit accumulari actio reſciſſoꝛia
qꝛ nõ ꝯpetit exemplũ. Ego eram reus ita ꝙ nihil pete
bam ſꝫ a me petebaꝛ. fuit lata ſnĩa ꝯtra me peto reſtõnẽ
in integꝝ. nõ eñ opꝫ aliud petere qꝛ ſolũ mihi obſta
bat ſnĩa qua reſciſſa habeo intentõnẽ meã. pone exem
plum i ꝯtractu. Vendidi rem ⁊ añqꝫ traderẽ peto reſti
tutionẽ ꝯtra ꝯtractũ. non eñ intẽdo aliqd petere vltra
reſciſſionẽ ꝯtractus qꝛ res vendita ẽ penes me. vnde i
his ⁊ ſimilibꝰ caſibꝰ ſolũ hꝫ locũ officium reſcindens.
qñqꝫ petens reſtõnẽ intẽdit aliud ꝓſequi vltra obſta
culum ſublatũ vtputa petebã a te domũ fecimꝰ poſtea
trãſactõem nũc iure ſingulari peto reſtõnẽ ego intẽdo
ꝓſequi illã rem quã ꝑus petebam vñ ꝑ illa ꝓſequenda
cõpetit mihi ꝑma actio q̃ dꝛ reſciſſoꝛia qꝛ ꝑ bñficium
reſtõnis nõ poſſum illã rem ꝓſequi. Nõ qꝛ reſtitutio ñ
ꝓcedit vltra q̃ꝫ abſtulerit leſio cũ ſit i ꝑſtinum ſtatũ re
poſitio. ut in. l. qd ſi minoꝛ. §. reſtõ. ff. de mino. ſꝫ leſio
ſolũ ꝯtingit reſpectu trãſactõis. vñ ſatis ẽ ꝙ reſcindaꝛ
tranſactio. ſi ergo volo petere fundũ quẽ ꝑus petebaꝫ
a te opꝫ ꝙ intentẽ ꝑmam actõem. ⁊ idẽ dic i iudicio
qñ ſnĩa eſſet lata ꝯtra actoꝛẽ nam vltra reſtõem aduer
ſus ſnĩam intendit ꝓſequi rem quã ꝑus petebat. ⁊ his
⁊ ſilibꝰ caſibus dicendũ ꝙ aut res q̃ꝫ intendo ꝓſeq̃ ve
nit acceſſoꝛie ad diſpõnem ꝯtra quã peto reſtitutõem
⁊ tũc nõ ẽ neceſſe petere niſi reſtõem ꝯtra illã diſpõem
qꝛ reſtitutio rei venit acceſſoꝛie pone exemplũ. Ven
didi fundũ ⁊ tradidi vigoꝛe ꝯtractus ⁊ peto reſtitutio
nem ꝯtra ꝯtractũ h̃ non ẽ neceſſe petere rem qꝛ venit
acceſſoꝛie. ad contractum. vnde reſciſſo contractu debꝫ
fieri reſtitutio rei quia tu non tenebas rem niſi rõne cõ
tractus. Idem dic in iudicio. nam ſi fuit facta executio
ſnĩe contra quam nunc peto reſtõnem non eſt neceſſe
petere ꝙ reuocetur executio qꝛ venit acceſſoꝛie ad ſen
tentiam ⁊ acceſſoꝛium ſequitur principale vt regula ac
ceſſoꝛium de re. iur. li. vi. Dicit tamen Inno. ꝙ ſi vult
ad cautelam petere ipam rem poteſt vnde poterit dice
re peto me reſtitui contra talem contractum ac etiã me
reduci ad illũ ſtatum in quo eram tempoꝛe contractus
qñqꝫ res quã volo ꝓſequi nõ venit acceſſoꝛie ad diſpo
ſitionẽ ꝯtra quã peto reſtitui. exemplũ ꝑmiſi qñ peto
reſtitui ꝯtra tranſactionem. nam tu non poſſidebas rẽ
vigoꝛe tranſactõis ſꝫ poſſidebas ꝑ ꝑus ex aliq̃ cã quia
tranſactio fuit facta poſt. Itẽ exemplum in actoꝛe qui
vendicabat rem ab alio poſſeſſam et repoꝛtauit ſnĩam
contrariam. poſſeſſio eñ rei nõ venit acceſſoꝛie ad ſen
tentiam qꝛ iã illã rem poſſidebat añ ſentẽtiaꝫ ideo per
reſtitutionẽ non conſequitur illã rem. ſꝫ opꝫ ꝙ intẽteꝛ

primam actõem nūq̄d aūt poſſunt ↄcurrere Jnn. h ſen
tit ꝙ ſic. vñ dicit ꝙ ē in optõne petētis an ꝑus velit pe
tere reſtitutõem ↄtra obſtaculū ⁊ ea obtēta intētare pri
mam actõem. ꝑt etiā ſi vult ſimul vtrūq; remediū intē
tare ſm eū. pone ſic exēplū libellādi ſm opi. ſuaȝ pote
rit eñ libellās dicere cū alias petierim talē fundū ⁊ fu
erit ſnia lata ↄtra me ꝑ quā ſum enormiter leſus peto
ꝑ bñficiū reſtõis illā ſniam reſcindi ⁊ mihi tāq; dño il
lū fundū adiudicari. vl' pone exemplū i ꝓſcriptõe. poſ
ſidebas rem meā ex aliq̄ iuſta cā ꝓſcripſiſti eā ↄtra me
abſētem cā reipublice potero vtrūq; remediū intētādo
libellare ſic cū talis ꝓſcripſerit rem meam me abſēte cā
reipublice peto ꝑ officiū veſtꝝ illā ꝓſcriptõem reſcindi
⁊ me reſtitui ↄtra ꝓſcriptõem ac mihi tāq; dño illaꝝ rē
adiudicari. Et doct. cōiter trāſeūt cū hac opi. Jnn. vt
hec duo remedia poſſint ſimul accumulari. ſ; Jnn. nō
adducit niſi. l. i cauſe. §. interdū. ff. de mino. ſ; certe di
cta ſua approbo ꝓter h vltimum. naȝ firmiter teneo ꝙ
actio reſciſſoria nō ↄpetit neq; ꝑ ꝓñs poſſit itētari niſi
ꝑus obtenta reſtõe ↄtra obſtaculū. nā cū añ obtentaȝ
reſtõeȝ tua actio ſit ſublata vel reddita inefficax ꝓpter
ꝓſcriptõem vel ꝓpter ſniam vel propter tranſactõem
q̄ñ ꝑt illa actio intētari añq; reſcindat obſtaculū per
bñficiū reſtitutõis cū paria ſunt nō habere actõem vel
inutilē hr̄e Et ꝑ h ꝑmo allego iſtū tex. in ꝟ. quo circa
vbi lȝ aduerſarius peteret duo tñ papa citauit diſiun-
ctim. Primo ſuꝑ cā reſtõnis ⁊ ea expedita citauit ſuꝑ
ꝑncipali ⁊ ſic voluit iſta duo remedia ſil' accumulari in
ꝓceſſu. Scḋo ꝓbo ꝑ. l. fi. C. ex q. cau. ma. vbi tex. ad
literā dicit ꝙ actio reſciſſoria cōpetit reſtitutis an ergo
indultā reſtitutõeȝ nō cōpetit ⁊ ibi expſſe h tȝ bar. vbi
dicit ꝙ ꝑma actio vel citatio q̄ dr̄ reſciſſoria nō ↄpetit
ſeu nō ē nata niſi ꝓhibita reſtitutione. ⁊ idē ſentit gl. in
d. l. ab hoſtibꝯ. Tercio allego tibi glo. ordinariam et
bar. in. d. l. necnō. in. §. exemplo. ff. ex qui. ca. ma. vbi
plus dicit gl. ꝙ nec actio nec exceptio ↄpetit añ indul
tam reſtõem obſtāte obſtaculo ↄtra q̄ꝺ petit' reſtitutio
Quarto ꝓbo tibi ꝑ rõnem generalē. Nūq; dñt ſimul
accumulari duo iudicia q̄ñ vnū ē ꝓiudiciale ad reliquū
vt le. ⁊ nō. in. c. tuā. de or. ↄg. ⁊. l. fundū. ff. de excep.
ſ; iudiciū ſuꝑ reſtõne petita ē ꝓiudiciale ad aliud iudi-
ciū ſuꝑ reſciſſoria actõe q2 ſi denegabit' reſtõ ceſſat iu-
diciū ſuꝑ ꝑma actõe vt h i ꝟ. quo circa. ergo nō pñt ſi
mul accumulari. quāto aūt tpe durent iſta iudicia dic
ꝙ officiū reſcindēs ꝑ q̄ꝺ poſtulat' reſtõ claudit' q̄drie
nio tam reſpectu minoris q̄; maioris vt. ſ. ꝓlene dixi.
ſ; actio reſciſſoria nō durat niſi ꝑ annum a tpe indulte
reſtõnis q2 illa actio eſt reſtituta a ꝑtore ↄtra ius ciui-
le. tex. ē nō. in. l. i. honorarijs. i fi. ff. de ac. ⁊ obli. ⁊ in
d. l. fi. C. ex qui. cau. ma. ⁊ vtrūq; dictum firmauit ibi
bar. in dicta. l. in honorarijs. Sed dubito de vno q̄ꝺ
non memini me legiſſe vtꝝ in eccleſia habeat locū hoc

dictum vltimum vt indulta reſtõne ſit neceſſe intenta-
re primam actõnem infra annum ita ꝙ poſt annū nō
competat Et pro nūc potius inclinarem ꝙ non habe
at locum in eccleſia. adduco hanc ratõnem. Eccleſia re
ſtituitur non beneficio pretoris ſed beneficio iuris ca-
nonici vt per totū iſtū ti. ꝓbatur ergo cū iſta actio nō
reſtituatur a pretore ſed a principe et a iure canonico.
ceſſat ratio ſuper qua fundatur dicta. l. in honorarijs.
⁊ hoc nota.

**Uſcitata** Si reſtituat' in integꝝ cō
tra ſniam is cōtra quem ē
ꝓſumptio mādat' ſnia executioni ꝓſtita cauti
one de reſtituenda re ſi ꝑus ↄdēnatus i hoc iudicio ꝑ-
ualeat. vel ſumma aliter ſm mentem ſūcta glo. penul.
Petitio reſtõis i integrum ↄtra ſniam ſuſpendit regu
lariter executõem ſnie i euentum iſtius cauſe reſtõnis.
fallit ſi cōtra petentē reſtõnem eſt ꝓſumptio malicie ꝙ
cā differendi executõnem h petat quo caſu executio fit
ꝓſtita cautõe de reſtituendo ſi petens reſtõem obtine-
bit in cā. ⁊ in h vltimo ē iſte tex. valde ſingularis reſpe-
ctu vtriuſq; iuris. Diuiditur in q̄tuor ptes. Naȝ ꝑma
ponit deciſam facti narratõem. Scḋa ibi nos intelle-
ctis ipſius diffinitõem. Tercio ibi reſtõnis petitõnem
ibi ſniam. Quarto ipſius ↄceſſionem cū certa ꝓuiſione
ibi q̄ꝺ eidem Nō ꝑmo ꝙ aduerſus ſniam pape ꝑt
peti i integꝝ reſtitutio ⁊ ab eo q tulit ſniam Ex quo in
fero duo. Primo ꝙ nō excuſat' qs dicendo ꝙ nō fuit
auſus petere reſtitutionē tpe quo vixit papa q ſniauit.
nā vides ꝙ iſte ꝓcurator obtinuit reſtitutõem ab eodē
papa q ſniam tulit volēs ergo ſe excuſare ꝓtextu timo
ris dȝ allegare ⁊ ꝓbare cām veriſimileȝ timoris iuxta
eā q̄ dixi in. c. ſ. ꝓxi. ⁊ dic vt ibi. Scḋo infero ꝙ cōtra
ſniam pape ꝑt nedū ſupplicari. ſ; etiaȝ peti reſtitutio in
integꝝ ⁊ iſtū tex. allegaui. ſ. c. ꝓx. naȝ hic nulla fuit fa
cta mentio ꝺ ſupplicatõne vnde dic vt dixi. ſ. c. proxi.
⁊ aliq̄d dicet' .j. Scḋo nō ꝙ petēs reſtitutõnem ad
uerſas neceſſariam probatõem omiſſam quā intendit
nūc facere ꝑ teſtes nō ē opus aliter ꝓbare leſionem nā
ex quo cōſtat ꝙ ꝓbatio illa allegata erat neceſſaria dȝ
fieri reſtitutio abſq; alia ꝓbatione. h eñ papa indulſit
reſtitutionem nec prius examinauit teſtes vtrum ali-
quid ſcirent de preſcriptione. et concor. c. auditis. ſ. e.
et vide quod dixi. Tercio nota ꝙ propter ſuſpitio
nem ortam contra excipientem ſeu petentem aggraua
tur conditio ipſius non tamen propter q̄ſlibet ſuſpitio
nem debet iudex repellere exceptõnem peremptoriaȝ
vt hic eſt tex. optimus. nam hic allegabatur exceptio
ꝓſcriptionis ⁊ erat preſumptio malicie cōtra ipſum al
legantem tamen papa noluit ꝓpter illam preſumptio
nem excludere exceptõnem ꝓſcriptionis. vnde allego
iſtum tex. pro cān ad ꝓbādum dictum Jnn. in. c. poſt
electõem in fi. de ↄceſ. ꝓben. vbi dicit ꝙ lȝ iudex poſſit

ex facili pſumptõe nõ admittere exceptõem dilatoriã
peremptoriã tñ nõ dꝫ excludere niſi ex pſumptõe multũ
vrgẽte. qꝛ tractat̃ de magno pͥudicio iõ reqrit̃ fortior
pſumptio vt i. c. lr̃as. de pſump. Ultimo nõ ibi eſ
fectũ ſnĩe. ꝙ executio ẽ effect⁹ ſnĩe. reliq̃ veniũt expedie
da cũ glo. In gl. i. ibi nõ curat de iſta ſolẽnitate nõ
bñ iſtã gl. q̃ ſolet multũ alle. iũcto tex. ex q̃ habes ꝙ lꝫ
d̃ iure ciuili nõ teneat ſnĩa lata ꝯtra dñm ſi ꝓcur̃. ⁊ non
dñs erat i iudicio vt. l. i. C. d̃ ſen. et iterlo. om. iu. ſec⁹
tñ ẽ d̃ iur̃ canonico qꝛ de hac ſubdilitate nõ curat̃ nã h̃
fuit ſnĩa lata ꝯtra mõſteriũ lꝫ ꝓcurator eſſet i iudicio. ⁊
doct. ſimplr̃ tranſeũt cũ glo. tñ bar. in. l. ſtipulatio iſta
in. §. ſi ſtipuler. al̃. in. §. ſi ꝗs inſulã. ff. de ṽbo. obli. ⁊ i
l. i. pal. mordet iſtã gl. dicẽdo ꝙ i h̃ ñ ẽ diuerſitas iter
ius canonicũ ⁊ ciuile qꝛ etiã de iure ciuili valet ſnĩa ꝯtra
dñm ſi i iudicio iteruenit nõ vt ſimplex ꝓcur̃. ſ; vt admi
ſtrator legitim⁹ puta tutor curator p̃lat⁹ vl̃ ſindic⁹. Rõ
ẽ qꝛ iſti tanq̃ꝫ hñtes legitimã ⁊ generalẽ admiſtratõeꝫ
pñt verba ꝯtractus ꝯcipe i pſonã dñi vt i. l. cũ q̃. §. ſi
actori. ff. d̃ ꝯſtt. pecu. co. mõ i iudicio pñt ṽba ꝯcipi in
pſonã dñi ſi tales admiſtratores iteruenĩut nã i iudicõ
q̃ſi ꝯtrahimus in. l. iij. §. idẽ ſcribit. ff. d̃ pecu. ſ; ꝓcura
tor ſimplex qñ cõtrahit nõ dꝫ cõcipe ṽba i pſonã dñi
ſ; ꝓpriã qꝛ regulariter nõ acqrit dño. ſ; dꝫ dño cedere
actõem de quo vide plene p glo. i. c. quãq̃ꝫ de vſur. li.
vi. merito i iudicio dñt verba ſnĩe ⁊ alioꝝ actoꝝ referri
ad pſonã ꝓcuratoris ⁊ nõ dñi. et hec ẽ rõ. d. l. i. Et nõ
bñ hec dicta q̃ i ſe ſatis vera ſunt ſ; quo ad tex. noſtrũ
ꝓcedũt itelligẽdo ꝙ iſte fuiſſꝫ ſindicus generalis mo-
naſterij. ſ; tex. h̃ nõ apit, imo appellat eum ꝓcuratorem
vñ ſi itelligeret̃ ꝙ erat ſimplex ꝓcurator dictũ bar. non
ꝓcederet h̃ ſ; dictũ gl. qd aũt iuris ſit habito reſpectu
ad ius canonicũ dic vt plene nõ. in. c. q̃dã. o. de elec.

In gl. i ṽ. monaſteriũ. nõ. ſingulariter iſtã gl. vſq̃ꝫ
ad ṽ. ar. ꝯtra. ex q̃ colligũtur due limitatõnes ad iura
dicẽtia ꝓcuratorẽ nõ poſſe ſine ſpẽali mãdato petere re
ſtitutionem i integrum Illa eñ iura dñt itelligi qñ re
ſtitutio petitur ꝑncipaliter vt qꝛ agit cauſam p ſe ꝑnci
paliter inchoare vtputa qꝛ petitur ꝯtra cõtractũ vel cõ
tra ſententiam que tranſiuit i rem iudicatam p lapſum
decẽdij ſecus aũt qñ incidit i cauſam nam tunc poteſt
peti p ꝓcuratorẽ qui fuit litem cõteſtatus i illa cã ar. h̃
et hoc voluit Inno. ⁊ omnes doct. ⁊ cõiter etiã ſequũ
tur legiſte in. l. illud. all̃. in glo. et allegant notata i iſto
c. et poteſt ad hoc dictũ optime adduci. c. penul. ̅j̅. eo.
nam ſicut i mãdato iuriſdictõnali fit illa diſtinctio an
reſtitutio petatur ꝑncipaliter vel incidenter eodem mo
do debet diſtingui in mandato procuratorio. nã i mul
tis iſta duo equipantur iuxta nota. in. l. i. ff. de iuriſdi.
om. iudi. et intelligo ꝙ requiratur ſpeciale mandatum
ex parte ſcꝫ petentis reſtitutõem ſ; ex parte defendẽtis
non requiritur ſpeciale mandatum ſcdm Innocẽ. hic
et bene facit dicta. l. illud. quod nota. Secũdo ꝑn-
cipaliter nota ex glo. ꝙ reſtitutio petita poſt ſententiã
ante lapſum. x. dierum dicitur venire incidenter qꝛ ex
quo ſententia adhuc non tranſiuit in rem iudicatã nõ
videtur prorſus ceſſaſſe mandatuꝫ procuratorium. vñ
quemadmodum poteſt procurator ̅j̅. decẽdium appel
lare ſine nouo mandato vt in. c. nõ iniuſte. de procura.
ita poteſt petere reſtitutionem i integrum quaſi hoc ſit
cõiunctum mandato cum reſtitutio eq̃ipolleat appel-
lationi vt dixi. s. eo. ex litteris. et hoc dictum nõ attin
gunt legiſte in. d. l. illud doc. etiam noſtri dubitaſſe vi
dẽtur vtrum hoc procedat de iure. nam ex quo ſẽtẽtia
eſt lata nõ videtur amplius iſta cauſa ſubſiſtere ergo ẽ
opus reſtitutõem petere ꝑncipaliter. Sed cõtra di
ctum glo. hoſti. opponebat fortiter de. c. inotuit. d̃ elec.
vbi dicitur ꝙ habens mandatum ad petendam cõfir
matõnem electõnis non admittitur ad petẽdam diſpẽ
ſationem i perſonam electi niſi habeat ſpeciale mãda-
tum ⁊ ob hoc dixit hic hoſti. ꝙ forte iſte ꝓcurator ha-
bebat ſpeciale mandatum vt qꝛ dicebatur i mandato
ꝙ poſſet petere reſtitutõem i integrum tam ante ſentẽ
tiam q̃ꝫ poſt ſicut moris eſt. ⁊ nota bene incidẽter hoc
dictum. nam ſentit per hoc hoſti. ꝙ ſufficiat mãdatum
ſpeciale licet non ſit reſtrictum ad certum articulum d̃
quo vide quod latius dicam in. c. ſe. vel forte ſm eum
hic non fuit oppoſitum Inno. etiam dubitauit. nã pri
mo videtur velle ꝙ procurator qui fuit litem cõteſtat⁹
poſſit petere iſtam reſtitutõem cum non poſſit remoue
ri ſine cauſa cognitõe vt in. c. ij. de procur. i vi. poſtea
vero dicit ꝙ procurator nõ admittitur ſine ſpeciali mã
dato Sed hoſti. rediens ad dictum glo. reſpondet ad
c. innotuit. ꝙ diſpenſatio nõ eſt ita coniuncta mãdato
ſuper confirmatione petenda ſicut reſtitutio in integrũ
eſt coniuncta cauſe. nam confirmatio innititur iuri. di-
ſpenſatio dependet a gratia. nam nõ multum preiudi
catur ſi differtur diſpenſatio ſed reſtitutio in integrum
non ex toto dependet a gratia vt ̅j̅. dicam Itẽ poſ
ſet inferri magnum preiudicium ſi procurator qui eſt
preſens non poſſet petere iſtam reſtitutionem. ⁊ tandẽ
videntur docto. magis inclinare in partem huius gl.
que mihi multum placet per equiparatõnem quam ſu
pra feci ad appellatõem. ⁊ qꝛ que i continenti fiũt vidẽ
tur ineſſe. vt in. c. officij. de electi. et in. l. lecta. ff. ſi cer-
tum peta. vnde ſatis vider hec petitio incidere i cauſam
ex quo imediate poſt ſnĩam petitur anteq̃ꝫ mereat̃ exe
cutionem ⁊ i fauorabilibus debemus facere benignio
rem iterptationem vt i regula odia. de regu. iur. li. vi.

Tercio ꝑncipaliter glo. opponit de. l. ſi actor. C. d̃
appell. et nõ inducit nec ſoluit ⁊ fac̃ ille tex. in ꝯtrarium
hoc modo. ibi enim dicitur quod ſi actor datus a cu-
ratore fuit cõdemnatus. appellat ipſe actor ſed curator
proſequitur cauſam quaſi innuat ꝙ ipſe actor q̃ iam fuit

condemnatus non pſequať cauſam appellatõis. ita vi
detur dicendũ in pcuratore pdemnato vt nõ poſſit p/
ſequi cauſam reſtõnis. Reſolutio poniť ibi in glo. Nam
actor non pſeqtur cãm appõnis ex neceſſitate ſi tñ vel
let bñ poſſet vt in. d. c. non iniuſte. z in. l. inuitus. C. d
pcu. et circa illud quod dictũ fuit de ſpãli mandato re
quiſito dicit hic Inno. ar. illi⁹ legis actor. ꝙ habẽtes
legitimã adminiſtratõem vt ſũt tutores, pcuratores ico
nomi et ꝑlati. z ſimiles poſſunt reſtitutõez ſine ſpeciali
mãdato. z verum dicit ꝙ iſti habent a iure adminiſtra
tõez queadmodũ iurãt de calũnia ſine ſpãli mãdato.
vt. in. aũ. C. de iura. calũ. quod nõ. et vide p ſpe. e. ti.
§. i. in. v. ꝑlat⁹. Itẽ adde ad ꝑdicta dictũ Io. an.
poſt hoſti. ĩ. c. pximo vbi dicit ꝙ poſt lapſum. x. dieꝝ
etiã a tpe interlocutorie non dicitur pcurator reſtitutõz
petere incidenter qꝛ ex quo interlocutoria trãſiuit i rem
iudicatã requiritur ſpãlis peticio qꝛ non põt dici ꝙ in
cidat cũ iam ille articul⁹ tranſiuit in rem iudicatam qđ
nõ. Itẽ pater põt petere p filio reſtitutõz in integꝛ
ſine ſpãli mandato ſecus aũt eſt in alijs cõſanguineis
niſi minor ſit talis vite cui merito eſſet bonis interdicẽ
dum vt in. l. pñ. ff. de mino. Et ex ꝑdictis poſſes for/
mare diſtictõnẽ an et qñ qs admittať ſine ſpãli mãda
to ad petendã reſtitutionẽ. nã ſi habꝫ legitimam admi
niſtrationẽ admittiť. ſi vero ſimplex eſt pcurator debet
diſtingui an petat pricipaliter an incidenter vt. s. i gl.
in. v. effectũ. ibi niſi incõtinenti pbetur exceptõ Iſtã pti
culam glo. ſoleo multũ adducere in pſilijs ad ſtatuta q
excludũt omnes exceptões contra ſententiã vt ſi in pti
nenti quis vellet pbare exceptõez legitimã cõtra ſentẽ
ciam. debet audiri non obſtante ſtatuto quia ſtatutum
videtur excluſiſſe legitimas exceptões ppter pſumptã
fraudem opponẽciũ que pſumptõ ceſſat i pbatõne que
offertur in ptinenti. et p h oc vide bonũ tex. in. c. lras.
in. v. pptera. de reſti. ſpo. et qđ nõ. gl. in. l. i. ff. de ta. ex
hi. z vide qđ plenius dixi in. c. ex pte. el. ij. de off. dele.

In glo. in. v. equitate penſata. in fi. nõ. ex iſta glo.
ꝙ licet regulariter petitio reſtitutõis i integrũ impediat
executõnẽ ſentencie. p. l. vnica. C. de i ite. reſti. poſtu.
tñ qñ pſumptio eſt contra petentem reſtitutõnẽ ꝙ hoc
petat malicioſe cauſa differendi executionẽ tũc mãdať
ſententia exeutioni recepta caucione de qua hic et ſic vi
detur ſentire gl. ꝙ iſtud qđ hic dicitur procedat de iure
ita ꝙ ad pñam ab alijs iudicibus eſt trahẽdum. z in h
eſt iſte tex. ſingularis. vt. s. dixi. vñ hoſti. dicit ꝙ iſta ñ
fuit ſimplex piſio pape ſed cõtinet in ſe qđ videť pla/
cere Io. an. et optime põderauit iſtũ tex. ibi iure duxi
mus puidendũ zc. ita ergo alij iudices debẽt eodẽ mõ
iudicare vt in. c. i cãis de re iudi. z Bar. ſimpliciter hoc
dictũ videtur ſequi in. d. l. vnica. Inno. tñ hic videtur
dubitaſſe nam primo dixit ꝙ ppter pſumptõnẽ facti h

executio non impeditur poſtea inquit ꝙ tex. iſte poteſt
intelligi cũ petiť reſtitutõ ptra ſentẽtiam pricipis ptra
quã nõ admittiť niſi p viam ſupplicatõnis. h ſupplica/
tio non impedit executõnem ſententie. h pſtatur cautio
vt dixi poſt glo. s. eo. ex lris. et ſcdm iſtam ſolõnem ni
hil noui induceret iſte tex. et ſic in alijs iudicibus peti/
tio reſtitutõnis indifferenter impediret executõem. ſed
hoc mihi nõ placet. nã ſi loqueretť tex. in ſupplicatõe nõ
oportuiſſet ꝙ papa h ſe fundaſſet ſup pſumptõne orta
cõtra petentẽ nec erat opus dicere ꝙ voluit puidere eq
tate penſata zc. Nam hoc erat de iure auctenticorũ vt i
auẽ. que ſupplicatio. C. de pci. impe. offe. ergo iſte tex.
loqtur ppue in petitõe reſtitutõnis. z nõ in ſupplicatio
ne et ſcdum h videtur hic tex. ptra Inno. vt aduerſus
ſniam pncipis poſſit peti etiã reſtitutio quod intellige
vt dixi. s. c. pximo. Demũ dat Inno. aliã ſolõnez
ꝙ iſte tex. poteſt ponere iſtud ſpãle in reſtitutõne q pe
titur ptra ſniam pncipis. Sed mihi non placet qꝛ papa
ſe nõ fundat h ſup pſũptõe q erat orta ptra petentẽ re/
ſtitutõnem ergo vbicunqꝫ ptigerit iſta preſumptio dꝫ
ſeruari iſta iuris diſpoſitõ vt in. c. cũ dilecta. de pſir. vti.
cum ſi. ideo tene primũ dictũ qđ pũitea tenet. Adde tñ
vnũ dictũ bal. in. l. vnica. pall. vbi dicit ꝙ vbi executõ
ſententie non eſſet reuocabilis nõ debet fieri poſtulata
reſtitutõne qđ mihi ſatis placet qꝛ tũc ceſſaret remediũ
iſti⁹. c. quia nõ poſſet reſtitui z ſic fruſtratoria eſſet iſta
cautio. Ad h adduco nõbile dictum Pau. de lea. i
cle. vna. de re iudi. vbi dicit iſtũ tex. non habere locũ in
eo ꝙ mãdat execucõnem ante oia fieri qñ executio non
eſt reuocabilis et tene menti iſtud dictũ. Sed aduerte
qꝛ Bal. vioꝛ ponere exemplũ ſup iſta executõne irre/
uocabili qñ quis eſſet ducendus ad carceres qſi inuat
ꝙ licet in facto poſſit reuocari reſpectu futuri temporis
non tñ poſſet reuocari reſpectu preteriti z reſpectu ig/
nominie. nam impoſſibile eſt facere ꝙ qs non fuerit in
carcere et ꝙ nõ fuerit paſſus illam ignominiã. tex. eñ
hic ſe fundat ſup cautõe qñ pt pſeruari ius illius cõtra
quẽ fit executio ergo ex h facio regulã notandã et mul/
tũ apit iſtũ tex. ꝙ vbicunqꝫ p cautõem non pt omnio
puideri iuri illi⁹ ptra quẽ fit executio nõ debet ſentẽtia
mandari executõni. p h facit qꝛ cum iſta piſio veniat
ptra legẽ vnicã. palle. debet ſtricte itelligi ar. in regula
que a iure cõi exorbitãt. de re. iu. li. vi. in. l. pcipimus. i
fi. C. de ap. ponit etiã ibi bal. qdam alia dicta q mihi
non placẽt. videť eñ velle ꝙ impediť executõ et offerť
iſta cautio qñ pbatio offerť incõtinenti. iſte eñ tex. nõ
fundat ſe ſuper oblata pbatõe regulariter. ergo dꝫ ipe/
diri executio ſiue offerať pbatio ſiue nõ. vt i. d. l. vnica.
Si aũt eſt pſumptio ptra petentẽ dꝫ puideri put h dr
puto tñ ꝙ vbi leſio eſſet patẽs tũc nõ haberet locũ ꝙ
h dr. Ratio qꝛ ceſſare pſumptio malicie. et idẽ poſſet

dici vbi forte infra breuiſſimũ tẽpus qs vellet ꝓbare le-
ſionem ar.cõꝝ.q̃ dixi.s.in p̃cedenti glo. Sed q̃ro
quid ſi poſtulata reſtõne ſit executio nulla exñte pſum-
ptiõe ꝯtra petentẽ nunq̃d indulta reſtõne dẽat reuocari
executio ꝑ viam attẽptati.hanc q̃ſtionẽ h̄ ponit do.an.
et dicit ꝙ dñi de ro.tenent ꝙ nõ ex quo legitime facta
fuit et vide ipe cum eis tráſire.Sꝫ tu aduerte q: aut ip
ſe fuit deceptus aut lr̃a ſua eſt corrupta.q: dñi de rota
de directe ꝯcludunt ꝯtrarium in ꝯcluſione.cclxvi.ꝛ d̃
iure h̄ dictũ ꝯtrarium p̃t ꝓbari.nam tex.in.d.l. vnica.
vult ꝙ poſtulata reſtõne nihil debt inouari.ergo execu
tio facta poſt poſtulatõnem fuit iniuſta ergo debet re-
uocari.ar.in.c.non ſolũ.de appel.li.vi. et dicũt dñi de
rota idem eſſe ſi petat̃ reſtitutio ad appellandũ q: ſiqñ
petit̃ reſtitutio ſimpl'r aduerſus ſñiam differt̃ executio
vt in.d.l.vnica.fortius dꝫ differri qñ petit̃ reſtõ ad ap
pellandũ qd̃ nõ.Secus dic vbi executio fuiſſet fcã ãte
poſtulatã reſtõnem.q: licꝫ poſtea poſtulet̃ ꝛ obtinea
tur reſtõ ꝯtra ſententiã nõ ꝑ h̄ retractat̃ executio.ſ; debꝫ
expectari finis cã p̃ncipalis q: qd̃ legitie factũ eſt non
debet retractari.vt in regula factũ legitie.de re.iu.li.vi.
Itẽ aduerte ad aliam limitatõꝫ quã ad iſtũ tex. ponit
h̄ do.an.ꝛ attribuit eã do.de rota deci.cccclxxxiij.alias
xxiiij.ſ.ꝙ iſta cautio exigitur a ſuſpecto de dilapidatõ
ne et qñ eſt ita paup ꝙ poſt dilapidatõꝫ non poſſet de
ſuo ſatiſfacẽ qd̃ mihi nõ placꝫ.q: iſte tex.loqtur indi-
ſtincte.vñ cũ recedam' ab illa lege vnica dẽm' ſtricte i
telligẽ iſtũ tex.exq̃ ei iſte petẽs reſtõꝫ gua t̃ i vno nõ mi
rum ſi releuat̃ i alio.ſ.in cautõne.ꝛ vtile eſt ſibi hr̃e pla
remedia.ꝛ ꝯtra fideiuſſorẽ ꝛ ꝯtra p̃ncipalẽ.ar.in.l.i.ff.
ſi quis in ius voca.et in.l.quotiens.ff.de act.ꝛ obli.ꝛ
facit qd̃ nõ.bar.in.l.i.ff.ad trebel. Sed q̃ro q:.s.
dixi ꝙ regulariter reſtõ in integrũ impedit executõem
et idem facit appellatio vt in.c.venientes.de iureiurã.
ſecus in ſupplicatõe vt p̃dixi et notatũ fuit in.d.c.ex lit
teris.q̃ eſt rõ diuerſitatis in hoc vide ꝑ Io.an.i addi.
ſpe.in ti.de ſuppli.in.§.differt.ꝛ ꝯcludit ꝙ appellatio ẽ
remediũ ordinariũ ꝛ initit̃ iuſticie. Ideo hꝫ impedire
executõnem.in integꝝ reſtõ innitit̃ iuri lꝫ hẽat gratiaꝫ
annexã tñ illã gratiã potius hꝫ a iure q̃ꝫ a iudice.nã iu
ra indulgent reſtõnem in integrũ minoribus ecc̃ijs et
maioribus ex iuſta cã.vt in iuribus vulgaribus merito
poſtulatõ reſtõnis impedit executõeꝫ ſicut appellatio.
ſupplicatõ aũt initit̃ puꝝe gr̃e q̃ eſt fienda ab hoie.nã
ꝓpter p̄ſumptõꝫ q̃ eſt orta ex ꝑſona ꝓferentis ſñiaꝫ.pu
ta p̃ncipis vel p̄fecti p̄torio non dꝫ de iure admitti ali
qd̃ remediũ retractatiuũ.ſ; ſupplicatõ admittit̃ ex me-
ra gratia p̃ncipis.ideo cũ fundet̃ ſup mera gratia non
debet impedire executõꝫ ſñie.ſatis eñ eſt ꝙ det̃ cautõ
de reſtituendo ſi ſupplicãs obtinebit in cauſa.iuxta nõ
in.d.c.ex lr̃is.ꝛ in auc̃.q̃ ſupplicatio ſupius allegata.

Et dic ꝙ rõ rõnis eſt q: remediũ ſupplicatõnis nõ fun
datur ſup aliqua iuſta cã ſ; ſolum ſup ea eqtate quia a
ſententia p̃ncipis non p̃t appellari ſ; reſtõ in integrum
eſt fundata ſup cã extriſeca.puta ſup imbecillitate etatĩ
vel fauore ecc̃ie vel ſup aliqua alia lrima cã.puta quia
erat abſens cã rei publice vel quid ſilẽ.ideo iſtud reme
dium reſtõnis in integrũ pigius opatur q̃ꝫ remedium
ſupplicatõnis.ꝛ vide qd̃ dixi.s.c.px.Ex h̄ eñ ſis cau
tus vt aduerſus ſñiam p̃ncipis potius incedas ꝑ viaꝫ
reſtõnis q̃ꝫ ſupplicatõnis qd̃ itellige qñ vtrunq̃ꝫ reme
diũ ꝯcurrit q: ſubeſt cã petendi reſtõem iux̃ ea que di
xi in.c.p̃cedenti. In gl.fi.ibi ar.nõ hñ iſtam p̃ticulã
glo.quia eſt optima.

Post pemptorium nõ auditur
Oram. eccleſia de iure cõi audit̃ tñ ꝑ be
neficium reſtõnis in integrũ.h.d. Pria ps
narrat factũ.Scd̃a interloqtur ibi nos aũt. Nõ p̃-
mo ex tex.ꝙ ad ꝓbatõꝫ in cauſa faciẽdã vnica dat̃ di-
latio ꝛ nõ plres.ꝯcor.l.fi.ff.de fer.et vide qd̃ plene nõ.
glo.in.c.ij.de dila.ꝛ quamq̃ꝫ tex.hic dicat terminũ fu
iſſe pemptoriũ tñ ois dilatio ꝓbatoria eſt pemptoria
vt in.d.l.fi.et in.c.lꝫ.de ꝓba.vñ in cã ciuili nunq̃ꝫ.da
tur ſcd̃a dilatio niſi ex cã.vñ ſup exñtia cauſe dꝫ p̄mitti
cauſe cognitõ.d.l.fi.et i.l.orõne.c.ti.vñ nõ p̃t iudex ſi
ne cã dare ſcd̃am dilatõem.vt in.d.l.fi.et ibi nõ. bar.
nec vide vale e ꝓbatio q̃ fit.ſ.dilatõꝫ datã ſine cauſe co
